ECLOGAE

EXEGETICO-CRITICAE

AD NONNULLOS

EVANGELII MARCI

LOCOS

AUCTORE

MICHAËLE WEBERO

PHILOSOPHIAE ET SCRIPTURAE S. DOCTORI
PRIMO THEOLOGIAE PROFESSORE
EQUITE AQUILAE RUBRAE TERTII ORDINIS

HALIS

TYPIS PLOETZIANIS.

MDCCCXXXI.

Conspectus

Eclogarum exegetico-criticarum ad nonnullos Evangelii Matthaei locos adhuc editarum.

Eclogae exegetico-criticae ad nonnullos evangelii Marci locos.

Marc. I, 2.

Lectio vulgata.

Ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· ΙΔΟΥ ΕΓΩ ΑΠΟΣΤΕΛΛΩ ΤΟΝ ΑΓΓΕΛΟΝ ΜΟΥ, — — — — Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου κ. τ. λ.

Lectio ex conjectura nostra.

Ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου κ. τ. λ.

Secundum lectionem vulgatam a *Marco* duo laudantur loci V. T. ordine inverſo, *Malachiae* et *Jeſaiae:* quare etiam ſunt, qui, pro ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ vel ἐν τῷ προφήτῃ, legant ἐν τοῖς προφήταις.

Conferamus ante omnia *tres* locos parallelos.

Matth. III, 3.	*Luc. III,* 4.	*Joh. I,* 23.
Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου κ. τ. λ.	Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου, τοῦ προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου κ. τ. λ.	Ἔφη· Ἐγὼ Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης.

In tribus his locis nomen *Jeſaiae,* quod etiam Marc. VII, 6. legitur, ita laudatur, ut nomini *prophetae* ſit praepoſitum, et iisdem in locis *unus Jeſaiae* locus affertur, cui locus *Malachiae* neque praepoſitus est, neque postpoſitus.

Quae cum ita ſint; neque ἐν ΤΩι Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, neque ἐν τῷ προφήτῃ, omisſo *Jeſaiae* nomine, neque ἐν τοῖς προφήταις, ſed ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ legendum esſe, non temere contendere mihi videor. Deinde vero etiam, locum *Malachiae,* ex Matth. XI, 10. in margine adnotatum, ex margine in textum transiisſe, atque ab imperito verbis *Jeſaiae* praepoſitum esſe, non ſine idonea ratione ſumo. *Fritzſchius* in ſuo *commentario* (e quo non tantum tirones, verum etiam viri docti permulta diſcere posſunt) pag. 167. ita judicat: „*Marcum librum ſuum ex Matthaei et Lucae commentariis compoſuisſe, ita apertum est, ut, qui neget, aut cae-*

cutiat, aut praejudicio improbo ducatur, necesse sit." — Quam opinionem qui probat, quo tandem modo is credere cum *Fritzschio* potest, *Marcum* in archetypo suo habuisse non solum *ἐν τῷ προφήτῃ*, nomine *Jesaiae* non addito, verum etiam *Malachiae* locum praeter omnem necessitatem loco Jesaiano adjunxisse, atque adeo praeposuisse? *Matthaeo* et *Lucae* sufficit unus *Jesaiae* locus, atque etiam ipsi baptistae Joh. I, 23. Quidni igitur credamus, *Marcum* et ipsum, quem in commentariolo suo brevitati prae ceteris studere sciamus, in *uno Jesaiae* loco acquievisse? —

Contra conjecturas aliorum pluribus disputando tempus inutiliter consumere, lectoresque fatigare nolo. Cum rationes proposuerim, ob quas lectio mea probabilis mihi aliisque praeferenda videatur; profecto non in me cadit illud: *Sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas.* Qui aliam h. l. lectionem sequi vult, ei per me licet.

Nihil inde lucramur, nihil inde perdimus: quod etiam de multis aliis locis valet.

Marc. I, 19. 20.

Lectio vulgata.

— *καὶ ΕΥΘΕΩC ΕΚΑΛΕΣΕΝ αὐτούς. Καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν, Ζεβεδαῖον, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.*

Lectio ex conjectura nostra.

— *καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς. Καὶ ΕΥΘΕΩC ΑΦΕΝΤΕC τὸν πατέρα αὐτῶν κ. τ. λ.*

Manifesta est h. l. Adverbii *εὐθέως* trajectio, ejusque transponendi necessitas, ut suum teneat locum, eaque duplici modo intelligitur.

Primo enim postulat eam collatio loci nostri cum v. 18., ubi alacritas partes Jesu sequendi similiter exprimitur, et *ΕΥΘΕΩC* cum Participio *ἀφέντες* construitur — *καὶ ΕΥΘΕΩC ΑΦΕΝΤΕC τὰ δίκτυα αὐτῶν.* — Non diu haesitabant, sed promti paratique erant ad sequendum, statim, sine mora, parebant.

Deinde eorundem filiorum *Zebedaei, Jacobi* et *Johannis*, alacritas Jesum sectandi in loco parallelo Matth. IV, 22. ejusdem illius Adverbii usu nominatim laudatur. *Οἱ δὲ ΕΥΘΕΩC ΑΦΕΝΤΕC τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.* Syrus recte: *et mox* [ܘܡܚܕܐ] *reliquerunt patrem.*

Simile, idque maxime memorabile trajectionis transponendique necessitatis exemplum reperimus Matth. XXIV, 29. Vid. Eclog. ad Matth. P. VI. et VII. pag. 135. ubi contra *Schot-*

tium disputavimus, et perſpicue docuimus, Jeſu, legati ac filii Dei, honorem et auctoritatem, niſi Adverbium *εὐθέως* transponatur, nulla ratione recte defendi poſſe.

Marc. I, 27.

Lectio vulgata.

Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥςτε συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς, λέγοντας· ΤΙ ΕΣΤΙ ΤΟΥΤΟ; Τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; ὅτι κατ᾽ ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

Lectio ex conjectura nostra.

Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες — — — — —· Τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; ΤΙ ΕΣΤΙ ΤΟΥΤΟ, ὅτι κατ᾽ ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

Jeſus in ſynagoga Capernaumi docuerat, atque vel ſic animos audientium ſtupore affecerat: *ἦν γὰρ* (vid. v. 22.) *διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.* Cfr. Matth. VII, 28. 29. — *ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων* (— *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν* —), *καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς* (— *διδάσκοντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἐντάλματα ἀνθρώπων* —).

Cum vero Jeſus postea in eadem ſynagoga doctrinae ſuae veritatem divinamque auctoritatem miraculo confirmaſſet; non tantum novitatem doctrinae, quae a magistrorum judaicorum diſciplina multum differret, mirati ſunt, ſed magis etiam ſtupere coeperunt viſo miraculo, quo daemonem impurum verbo *φιμώθητι* ad ſilentium redegiſſet, et verbis *ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ* ex homine ejeciſſet.

Admirationem ſuam ac ſtuporem *duabus* expresſerunt quaestionibus. *Prior* pertinet ad Jeſu *doctrinam* — *Τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη;* — *posterior* — *ΤΙ ΕΣΤΙ ΤΟΥΤΟ, ὅτι κ. τ. λ.* — ad ſolum *miraculum*, non, uti vulgo putant, ad *doctrinam* et *miraculum ſimul.* Non temere h. l. *Marcus* poſuit Singularem *τοῦτο;* nec temere C. VI, 2. poſuit Pluralem *ταῦτα.* Illo enim in loco Pluralis *ταῦτα* pertinet ad duas res, ad *doctrinam et miracula* ſimul — *καὶ* — *καὶ* — *Πόθεν τούτῳ ΤΑΥΤΑ; ΚΑΙ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ; ΚΑΙ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται!*

Verba *διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ* (quod quaſi transeundo addere liceat) non licet vertere: *per eum*, cum *Fritzſchio*, qui verſionem ſuam hac ratione defendere ſtudet: „Solent autem Hebraei formulâ "בְּיַד" ſic abuti, ut eam non tantum in iis, quae manu, ſed etiam in iis, quae aliis corporis membris peraguntur, unice amplexi dictionis ſenſum *per* frequentent. 1 Reg. VIII, 53. *per*

manum Mosis, ministri tui = per Mosen, ministrum tuum. — Quid? quod ad res adeo istud בְּיַד traducunt. Jes. LXIV, 6. — *per manum peccatorum nostrorum* — (per peccata nostra)." — Hactenus recte. Sed tamen falli videtur vir doctus. Etsi enim de Hebraismo illo, בְּיַד ἐν χειρί, *per*, nemo dubitare potest, neque etiam in manibus Jesu vim mirificam quaerere licet; tamen nón ausim dicere, διὰ τῶν χειρῶν idem esse, quod ἐν χειρί, et respondere hebraico בְּיַד. Nusquam, quod quidem ego sciam, nusquam legitur, בְּיָדַי, ἐν χερσί, sed ubique בְּיַד, ἐν χειρί. Utrum Nazaretani, dicentes, miracula fieri διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, in manibus Jesu vim magicam inesse putaverint, an non, ego nescio; hoc tamen intelligo, eos, cum Jesus sanandis *manum*, vel *manus* saepenumero imposuisse legatur (cujus exemplum etiam Apostoli secuti sunt), atque paulo post v. 5. *impositionis manuum* (ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας) mentio fiat, de *manibus* Jesu recte cogitare potuisse. Vid. Matth. IX, 25. Marc. VIII, 23. 25. Luc. IV, 40. ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς — Cfr. Act. V, 12. Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγένετο σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά — IX, 17. XIV, 3. διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν — XIX, 11. διὰ τῶν χειρῶν Παύλου — XXVIII, 8. ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ. —

Marc. II, 15.

— ἦσαν γὰρ πολλοί (scil. ἐλθόντες, quod excidisse videtur, coll. Matth. IX, 10. πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ΕΛΘΟΝΤΕC — Marc. VI, 31. ἦσαν οἱ ἐρχόμενοι πολλοί — VII, 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς scil. ἐλθόντες —), καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ — multi *enim venerant, Jesumque secuti erant*.

Marc. II, 21.

Οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ (ΤΟ ΚΑΙΝΟΝ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΥ), καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

Verba parentheseos signis circumdata glossema marginale redolent.

Cum aliquis Verbo *αἴρει* Subjectum *tollens* non additum videret; ad marginem adscripsit τὸ καινὸν i. e. *ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου, particula nova, assumentum panni novi*, utque lectores scirent, quorsum *αὐτοῦ* sit referendum, adnotavit *τοῦ παλαιοῦ*.

Nemo assumentum panni novi assuit vestimento veteri (lacero, ad sarciendum damnum): *alioquin tollit* (assuens, vel, si illud glossema sequi velis, particula nova, assumentum panni novi) *integritatem* (plenitudinem) *ejus* (vestimenti veteris), *et deterior fit scissura* (quam antea fuit).

Marc. IV, 26—29.

Lectio vulgata.

Οὕτως ἐςὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται ΝΥΚΤΑ ΚΑΙ ἩΜΕΡΑΝ, καὶ ὁ σπόρος βλαςάνῃ καὶ μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

Lutherus: „Das Reich Gottes hat ſich alſo, als wenn ein Menſch Saamen aufs Land wirft, und ſchläft, und ſtehet auf NACHT UND TAG, und der Saame gehet auf, und wächſet, daſs er es nicht weiſs."

Seilerus: „In dem Reiche Gottes geſchieht etwas, welches folgendem ähnlich iſt: Ein Menſch ſtreuet Saamen auf das Feld, geht dann hin, und ſchläft DES NACHTS ruhig, und ſteht (um denſelbeu unbeſorgt) AM TAGE FRUIH wieder auf. Der Saame keimt, und treibt Sprosſen, ohne daſs er darauf merkt."

Lectio ex conjectura nostra.

Οὕτως — — — — ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται, καὶ ὁ σπόρος ΝΥΚΤΑ ΚΑΙ ἩΜΕΡΑΝ βλαςάνῃ καὶ μηκύνηται κ. τ. λ.

Agricola, peracto opere diurno, ſemina agro commiſsa non amplius curans, cubitum abit, quieti ſe tradit, dormit. Quando? *Νυκτός*, noctu, nocturnò tempore. Quamdiu? *Νύκτα*, per noctem, noctem dormiendo tranſigit, *die Nacht hindurch.* Quid tum? *Ἡμέρας γενομένης, πρωΐ* — (non *ἡμέραν*) ſurgit, et aliud opus rusticum peragere ſtudet, eundemque dormiendi et ſurgendi, quieſcendi operandique morem postero quoque tempore tenet. Seminans igitur unius diei ſpatio negotium ſuum abſolvit; niſus autem ſeminum non unius noctis vel diei ſpatio circumſcribitur, ſed perpetuus est, *ſine ulla intermisſione*, (*νύκτα καὶ ἡμέραν* — Sic Luc. II, 37. Act. XX, 31. XXVI, 7. 2 Theſſ. III, 8.), magnusque dierum et noctium numerus ſuccedat, necesſe est, ut vim ſuam ostendere, vireſcere, creſcere, matureſcere posſint, *modo agricolae ipſi ignoto.*

Αὐτομάτη γὰρ (agricola non adjuvante, ſola ſponte ſua) *ἡ γῆ καρποφορεῖ* (ſenſim fructum maturum profert), *πρῶτον χόρτον, εἶτα ςάχυν, εἶτα* (tandem) *πλήρη σῖτον ἐν τῷ ςάχυϊ. Ὅταν δὲ ΠΑΡΑΔΩι ὁ καρπός, εὐθέως ἀποςέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέςηκεν ὁ θερισμός.*

Lutherus: „Denn die Erde bringt von ihr ſelbſt zum erſten das Gras (Verbum *generale καρποφορεῖ* neglexit), *darnach die Aehren, darnach den vollen Weizen in den Aehren. Wenn ſie aber die Frucht gebracht hat, ſo ſchickt er bald die Sichel hin: denn die Ernde iſt da."*

Seilerus: „Denn die Erde bringt durch ihre natürliche Kraft die Frucht, zuerſt das Saamengras, dann die Aehren, und dann das zeitige Getreide in den Aehren. Wenn er denn nun die Frucht einernden laſſen will, ſchickt er zur Erndezeit die Schnitter hin."

Αὐτομάτη γὰρ — — — — — — — *Ὅταν δὲ ΠΑΡΑΤΩι* (*πάρα τῷ*) *ὁ καρπὸς, εὐθέως κ. τ. λ.*

Quando vero ADEST HUIC (*ἀνθρώπῳ* v. 26. huic agricolae, agri domino) *fructus* (*πλήρης σῖτος*, isque maturus, perfectam maturitatem assecutus), *statim mittit falcem* (messores): *adstat enim seges sibi metenda.* Non immittit falcem in segetem alienam, sed in suam, eamque non immaturam, sed satis maturam. — Uterque, et *Lutherus*, et *Seilerus*, sensum verborum — *Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός* — expressit; neuter significatum *τοῦ παραδῷ.*

Quod quidem Verbum si in N. T. vel *permittendi, concedendi* potestatem, vel *reciprocam* vim haberet, ut verti posset: Quando autem fructus *permiserit* — *se tradiderit;* — intempestiva esset conjectura nostra. In loco *Petrino* 1 Petr. II, 23. Verbum *παραδιδόναι* videtur quidem vim *reciprocam* habere — *παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως* —; sed pro contextu supplendus est potius Accusativus *rei*, quam Christus patiens, conviciis atque injuriis affectus, Deo juste judicanti tradidit — *ultionem*, vel, quod eodem redit, *suum honorem* — Cfr. Rom. XII, 19. — *δότε τόπον τῇ ὀργῇ* — *Ἐμοὶ ἐκδίκησις* — Non ipse sumsit ultionem, sed *eam tradidit* Deo. Joh. VIII, 50. *Ἐγὼ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων.* — Optime *Lutherus*: „*er stellte ES aber dem heim, der da recht richtet.*" —

Cum igitur *secundum usum loquendi N. T.* Verbo *παραδιδόναι* nostro in loco neque *permittendi* potestas, neque *reciproca* vis attribui possit; conjecturam nostram non putaverim intempestivam esse habendam.

Exponamus *primum* de nostro *πάρα*, *deinde* de nostro *τῷ.*

Sicut *ἔνι* (Gal. III, 28. Col. III, 11. Jac. I, 17.) ponitur pro *ἔνεστι*: sic *πάρα* est i. q. *πάρεστι.* Vid. Herodot. edit. Wesseling. L. I, 42. pag. 20. *Οὔτε εἰκός ἐστι — οὔτε τὸ βούλεσθαι ΠΑΡΑ* (*πάρεστι*). — Idem L. V. pag. 431. *Τεῦ δὲ ἐνδεὴς ἐών; Τῷ ΠΑΡΑ* (*πάρεστι*) *μὲν πάντα, ὅσαπερ σοί;* — Idem L. VII. pag. 515. *Οὔτε ὢν μεταβουλευόμενός ποιέεις εὖ, οὔτε ὁ συγγνωσόμενός τοι ΠΑΡΑ* (*πάρεστι*). — *Diogen. Laërt.* edit. *Meibom. Chilon* L. I, pag. 45. *Ἀπεφθέγξατο· Ἐγγύα**) (*Ἐγγυῶ*), *ΠΑΡΑ* (*πάρεστι*) *δ᾽ ἄτα.* Idem L. VI. pag. 362. *Πάσης δὲ χέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι ΠΑΡΑ* (*πάρεστι*).

Haec de usu nostri *πάρα* satis exposita sunto. Jam de Articulo *ὁ, ἡ, τό.* Nostrum *der, die, das,* et *er, sie, es* haud raro poni pro *dieser, diese, dieses,* constat inter omnes; idem valet

*) *Salmasius* (Vide in *Diogenem Laërtium Aegidii Menagii* observationes et emendationes Lib. I. pag. 40.): Mirum, inquit, in illo apophthegmate, non dico omnes recentiores interpretes, (nam de his quid mirum?), sed *Ausonium ἐγγύα* pro Verbo accepisse, et SPONDE vertisse. Nomen est, non Verbum, Verbi imperandi Modus. Quod si esset; ab agendi Verbo *ἐγγυᾷν* veniret, quod hoc sensu Graecis non usurpatur. Sed in patiendi forma *ἐγγυᾶσθαι* est. SPONDERE, non *ἐγγυᾷν. Ἐγγύα* non est SPONDE, sed SPONSIO, et *ἐγγυῶ* scribendum esset, ut esset SPONDE, ab *ἐγγυῶμαι.*" —

de illo graeco. ' *Xenoph.* Cyrop. I, 3. — καὶ *TON* (τοῦτον) κελεῦσαι δοῦναι — M. S. I, 2. — ἐκ δὲ τούτων ὀρθῶς ἂν ἔχοι *TO* — Plut. apoph. — ἢ *TAN*, ἢ ἐπὶ *TAC* — (Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. III, 24. ἢ ταύτην, ἢ ἐπὶ ταύτην) — Act. XVII, 28. *TOT* γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. — Rom. XIII, 9. — ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν *TΩι* (*in dem*, ἐν τούτῳ, *in diefem*)· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. — Gal. V, 14. — ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν *TΩι*. — Jac. II, 14. Μὴ δύναται Ἡ πίςις (αὕτη πίςις i. e. μὴ ἔχουσα ἔργα, δι' ἀγάπης οὐκ ἐνεργουμένη) σῶσαι αὐτόν; — Male nostri legunt: *Kann auch der Glaube ihn felig machen?* Profecto enim fides est falutifera, fi quidem vera est fides, talis, qualis esfe debet. Imò fic nostris legendum est: *Kann auch DER Glaube* (talis fides, ea, de qua modo locutus fum, ea, quae benefactis vim fuam non prodit) *ihn felig machen?* — Marc. IX, 23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ *TO* (i. e. τοῦτο). — Luc. XXII, 37. — *TO*· καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.

Τῷ igitur nostro in loco est i. q. αὐτῷ feu τούτῳ. *Fructus maturus* πάρα τῷ — *die reife Frucht ift ihm* (*für ihn*) *da.* — Sic rectius verba ultima cohaerent. Dominus agri falcem in fegetem illam immittendi jus habet, hanc ipfam ob caufam, quia feges fibi (agri domino) metenda adftat.

Haec conjectura mihi quidem ob *duas* potisfimum caufas admodum probabilis videtur. Nam *primo* tam facilis est, ut originem vulgatae lectionis mirari non posfis. Quis enim est, quin ftatim videat, fcripturam *ΠΑΡΑΤΩι* (πάρα τῷ) errore fcribae, eam vel legentis, vel audientis, in παραδῷ immutari potuisfe? — *Deinde* τῷ πάρα (*adest*) aperte refpondet fequens παρέςηκεν (*adftat.*)

„At πάρα in nullo N. T. loco legitur." — Ergone hoc unum tibi est ἅπαξ λεγόμενον? Num Graecismus ille — πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν — (Joh. XI, 10.) pluribus in locis N. T. reperitur? An unum illud ἅπαξ λεγόμενον te offendit, nostramque conjecturam admodum probabilem nominare vetat? Non plura funt in *Marco?* —

Marc. VI, 8. 9.

Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς (τὴν) ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκὸν, *ΑΛΛ' ΥΠΟΔΕΔΕΜΕΝΟΥC ΣΑΝΔΑΛΙΑ*, καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας.

Matth. X, 9. 10.

Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς (τὴν) ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ (δύο) ὑποδήματα, μήτε ῥαπτόν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐςιν.

Luc. IX, 3.

Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥαπτὸν, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας.

In loco *Lucae* recte legitur εἰς THN ὁδὸν. In loco *Matthaei et Marci*, quorum graecitas graecitati *Lucae* aequalis non est, addidi Articulum ita, ut significarem, me non quidem de necessitate Articuli, sed de eo tamen dubitare, an duo illi scriptores, graeci sermonis *minus* periti, diligentiam in Articulo vel ponendo, vel non ponendo *ubique* servaverint.

De nomine ῥαπτὸν, quod in loco *Matthaei* et *Lucae* parallelo pro ῥάβδον posui, vid. Eclog. ad Matth. pag. 65 seq. Verba *Marci* εἰ μὴ ῥάβδον μόνον germanice non sunt reddenda: *als nur EINEN Stock* — quasi legatur εἰ μὴ ῥάβδον MONHN (vid. *Fritzschii* Comment. ad h. l.), sed *als NUR einen Stock*. Hebr. I, 8. ἡ ῥάβδος, non ὁ ῥάβδος — IX, 4. XI, 21. Apoc. II, 27. XII, 5. XIX, 15. —

Verba ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια glossema redolent, mihique spuria habentur. Secundum *Lucam*, apud quem calceorum seu sandaliorum ne mentio quidem fit, eorum usu Apostolis iter facientibus a Jesu non interdicitur. Secundum *Matthaeum* videtur quidem Jesus eorum usu interdicere, si verba μήτε ὑποδήματα sola spectantur per se, et contextus nulla ratio habetur, et in alio *Lucae* loco Jesus ipse dicit, se Apostolos emisisse ἄτερ ὑποδημάτων; sed, cum apud Matthaeum praecedant verba μήτε ΔΥΟ χιτῶνας, facile apparet, ΔΥΟ vel excidisse, vel *Matthaeum* id lectoribus subaudiendum reliquisse, cum ex omni oratione appareat, Jesum prohibuisse ea tantum, quae minus necessaria Apostolis essent, vel adeo impedimento. Jam vero, cum librarius, qui probe intelligeret, Jesum apud *Matthaeum* non de *uno* calceorum pari, quod pedibus gestarent, sed de *duobus* paribus loqui, praeceptioni *generali*, ut *nihil* secum portarent, *unam* tantum exceptionem adjunctam videret, qua Apostolis *usus baculi* vel praeciperetur, vel concederetur et commendaretur, lectores monere voluit, ne putarent, Jesum usum calceorum *omnino* interdixisse, et voluisse, ut *nudis pedibus* iter facerent. Hoc consilio ad marginem adscripsit haec verba: ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια — scil. ἀπέστειλεν, quod Verbum fortasse propter spatii marginalis angustias adscribere non potuit, vel lectoribus supplendum reliquit, hoc quidem sensu: *sed* Jesus Apostolos *non discalceatos misit*, imò usum calceamentorum, *quae non in pera recondita secum portarent, sed pedibus induta gestarent*, iis concessit. Quanquam igitur Jesus prohibitioni suae *generali* — ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς (τὴν) ὁδὸν — *unam* exceptionem addidit, et *tantummodo baculi* usum concessit; tamen inde colligere non licet, ipsum vetuisse eos soleas plantae pedum subligatas gestare. Quapropter neque in hoc loco *Marci*, neque in parallelo *Lucae* calceamentorum mentio fit. In neutro legimus μήτε ὑποδήματα. — Hoc voluit glossematis marginalis auctor.

Verba ultima, quibus *Marcus* Jesum loquentem facit, atque ab oratione obliqua ad rectam transit, (cujus generis exempla plura etiam in N. T. reperiuntur, v. c. Act. I, 4. XXIII, 22.) — καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας — haec et ipsa confirmant sententiam glossematis illius marginalis: Jesus enim non vetat Apostolos proficiscentes *unam* tunicam induere, sed *duas*.

Pro ἐνδύσησθε legit *Fritzschius* ἐνδύσασθαι, suamque lectionem hoc modo (pag. 212.) defendit:

„*Hoc loco, ubi jam perturbata sit Anacolutho oratio — ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια — nimis durum et hiulcum reddi sermonem, si καὶ μὴ ἐνδύσαςθε δύο χιτῶνας pro vera lectione, qua iterum orationis filum abrumpatur, habueris, nemo est, quin sentiat. Eo igitur confidentius Elsevirii scripturam restitui, quo magis variantes lectiones καὶ μὴ ἐνδίσαςθε (sic) — καὶ μὴ ἐνδεδύσθαι confirmant ἐνδύσασθαι, et quo facilius ἐνδύσασθαι cum ἐνδύσησθε confundi potuerat, quod credibile est vel propterea impense librariis placuisse, quia in locis parallelis Matth. X, 9. seq. et Luc. IX, 3. ipsa verba, quibus Jesus discipulos compellaverit, afferuntur. Neque aliud est argumentum, quod mihi pergrave videtur, praetermittendum. Nimirum praemissa rectae, quae v. 10. et 11. sequitur, orationi verba καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς lectionem v. 9. καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας stabiliunt. Nam si jam v. 9. Marcus in rectam orationem, καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας, transiluerat, non erat, quod eandem perpetuaturus versum 10. verbis καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς a superioribus distingueret Cfr. Matth. X, 11. Luc. IX, 4.*“ —

Haec autem sunt, quae huic crisi *probabiliter* opponi posse *videantur*:

1. Orationis filum lectione ἐνδύσησθε non *iterum*, sed *semel* tantum abrumpitur: nam glossema illud marginale ejiciendum est ex verborum ordine.
2. Sumere non licet, librarium lectionem orationi obliquae convenientem et facilem sine ulla causa immutasse in minus facilem orationique obliquae non convenientem. Lectio *difficilior* recte praeferri solet *faciliori*.
3. Si librarius propter locos parallelos *Matthaei et Lucae*, in quibus est oratio recta, ultimam prohibitionem Jesu apud *Marcum* oratione recta exprimere, et Verbum ἐνδύσασθαι in ἐνδύσησθε immutare voluisset; temerarius fuisset hic corrigendi conatus. Cum enim in locis parallelis *omnes* prohibitiones Jesu, non *una* tantum, oratione *recta* contineantur; nonne apud *Marcum* similiter *omnes* interdictiones oratione *recta* exprimere debuisset? Sic: *Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς τὴν ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, ΛΕΓΩΝ· Μὴ πήραν ΑΙΡΕΤΕ, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκὸν, καὶ μὴ ἐνδύσησθε* (ἐνδύσασθε) *δύο χιτῶνας.* Sic oratio *recta* apud *Marcum omnino* responderet orationi *rectae* apud *Matthaeum* et *Lucam.*
4. Denique verba — *καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς* — orationi rectae, quae v. 10. et 11. sequitur, praemissa (quod argumentum *Fritzschio* pergrave habetur) lectionem ἐνδύσασθαι (v. 9.) minime stabiliunt. Erat enim profecto, quod *Marcus* verbis — *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς* — orationem v. 10. et 11. sequentem, quae *praeceptiones* continet Apostolis servandas tum, cum, aliquo itinere *finito*, domum alicujus ingressi essent, ab oratione v. 8. et 9. proposita distingueret, quae *interdictiones* continet Apostolis iter *suscipientibus* non negligendas. Licebat certe *Marco* distinguere, quanquam haec distinctio neque *Matthaeo*, neque *Lucae* necessaria putabatur. Verba enim καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς hunc habent sensum: Illis vero *interdictionibus*, quas modo exposui, Jesus quoque addidit has *praeceptiones*: — μένετε — ἐκτινάξατε —

Marc. VI, 14—16.

Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης (*Φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ,*) *καὶ* (fcil. *οἱ μὲν* Matth. XVI, 14.) *ἔλεγον· Ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις, ἐν αὐτῷ. — Ἄλλοι ἔλεγον, Ἠλίας ἐςιν, ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι ὁ προφήτης ἐςιν, ἢ* (Matth. XVI, 14. *ἕτεροι δὲ*) *ὡς εἷς τῶν προφητῶν* (Matth. XVI, 14. *Ἱερεμίας ἢ εἷς τῶν προφητῶν*). *Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης εἶπεν· Ὅτι κ. τ. λ.*

V. 14.

Fritzfchii crifin et exegefin h. l. non quidem omnino, maxima tamen ex parte probo.

Disfentio primum in verbis *τὴν ἀκοὴν τοῦ Ἰησοῦ*, quae tanquam genuina atque a *Marco* ipfo fcripta verbis *καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης* appofuit. Recte quidem rejecit rationem, qua vulgatam lectionem *Grotius* et *Paulus* defendere ftuduerunt, ut fic verba diftinguerent: *Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης* (*φανερὸν γὰρ ἐγένετο*) *τὸ ὄνομα αὐτοῦ* — *et audivit Herodes rex* (nam illustre erat) *Jefu nomen*; fed falfus videtur in eo, quod *Millium* reprehendit, qui verba illa a *Marco* ipfo fcripta esfe negat, atque a librario e Matth. XIV, 1. ducta et margini adfcripta habet. „*Recepimus, inquit, e nonnullis codicibus verba, quae necesfaria esfe Beza belle intellexerat. Nam cum proxime de Apoftolorum, non de Jefu rebus gestis expofitum fuerit* v. 12. 13.; *oportebat Jefum aliquo modo adfignificatum.*"

At vero in hoc ipfo nexu cum v. 12. 13. non quidem *κατὰ τὸ ῥητόν*, fed tamen *κατὰ τὴν διάνοιαν Jefu nomen* inest. Si enim *Herodes* de Apoftolis *Jefu* audivit, *non fuo*, fed *Jefu nomine* multos daemones ejicientibus, multosque aegrotos *non fuo*, fed *Jefu nomine* fanantibus; nonne audivit *τὴν ἀκοὴν τοῦ Ἰησοῦ*; *Ἤκουσεν* fcil. *τό. Er hörte es. Quidnam? Hoc ipfum, quod modo de multitudine miraculorum* Jefu nomine *factorum narravi.* (Cfr. Act. III, 6. *Ἐν τῷ ΟΝΟΜΑΤΙ Ἰησοῦ Χριςοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει*). *Celebratum, nobilitatum enim erat IPSIUS nomen.* Quis est, cui non ftatim in mentem veniat tritum illud — *Αὐτὸς ἔφα* — *Ipfe dixit?* — Facile igitur fama de Jefu ad aures *Herodis* perferri poterat, et licebat *Marco* pro contextu nude ponere Verbum, pro *καὶ ἤκουσεν Ἡρώδης ΤΟ, τοῦτο — Er hörte es — ὁ βασιλεὺς Er hörte das.* —

Aliter res fefe habet in *Matthaeo.* Hic enim Matth. X, 8. narrat quidem, Jefum Apoftolis miracula faciendi facultatem dedisfe; eos autem hac facultate ufos esfe, vereque miracula fecisfe, non commemorat. Cap. XIII, 58. refert adeo, Jefum Nazaretae non multa fecisfe miracula *διὰ τὴν ἀπιςίαν αὐτῶν.* Jam vero cum, *ftatim post hanc ipfam relationem de paucitate* illa miraculorum Jefu, *multitudinem* miraculorum post necem *Johannis* baptistae per Apoftolos factorum filentio praeterierit, ac nihilo tamen minus historiam de *Herode,* rege, exponere voluerit; pro-

fecto non nude ponere potuit Verbum ἤκουσεν, uti *Marcus*, ſed addere debuit haec — τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ. —

De Jeſu, qui non tantum ipſe multa miracula patraverat, ſed etiam miraculorum edendorum potestatem Apoſtolis conceſſerat, magna fuit ſentiendi varietas. *Marcus quatuor* enarrat vulgi opiniones, quarum *prima*, quam ipſum *Herodem* fovisſe v. 16. legimus, multo fuit abſurdiſſima. Etſi baptista in hac terra vivens nullum fecerat miraculum (Joh. X, 41.); tamen, Jeſum atque Apoſtolos miracula faciendi potestatem, post baptistae necem, ab ipſo in vitam revocato acceptam habere, ſtulti isti opinabantur, dicentes:

Johannes baptista a mortuis in vitam rediit, et hanc ipſam ob cauſam Thaumaturgi illi (Jeſus atque Apoſtoli) *mira faciunt, per eum* (ſcil. faciunt, haud dubie per baptistam redivivum). Iterant ſententiam verbis ultimis ἐν αὐτῷ, *ja gewiſs durch ihn.* — Comma poſui post nomen δυνάμεις, addita lineola, ut Verbum ἐνεργοῦσιν ſubaudiendum esſe ſignificarem.

Vulgo putant, nomen δυνάμεις h. l. ſignificare *miracula*; ipſos *thaumaturgos*, miracula facientes, δυνάμεις appellari posſe, hoc certe loco non cogitant.

Lutherus: „*Darum thut ER ſolche Thaten.*" — *Seilerus:* „*Darum thut ER ſo groſse Wunder.*" — Uterque de miraculis cogitavit, non de miraculis Jeſu et Apoſtolorum ſimul, quaſi haec legerentur: *Καὶ διὰ τοῦτο γίνονται* ſeu *ἐνεργοῦνται αἱ δυνάμεις.* Conf. Marc. VI, 2. καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ *ΓΙΝΟΝΤΑΙ.* Matth. XI, 21. 23. Luc. X, 13. Act. IV, 22. 30. V, 12. VIII, 13. XIV, 3.

Bengelius, cujus viri acumen ingenii, judiciique ſubtilitatem *Ernestius*, non quidem in *criſi*, in *exegeſi* tamen, *parum* aestimare ſolebat, (bonum illum virum nonnunquam dormitasſe, atque adeo ad ineptias argutiasque delapſum esſe, facile damus; ſed nihilo tamen minus *Gnomonem* ipſius tanquam efficacisſimum remedium iis commendavimus, qui a ſola *Ernestii* auctoritate penderent, et cuidam interpretandi levitati, legibus hermeneuticis prorſus neglectis, ſuperbientes indulgerent —) *Bengelius* igitur, Verbi activi ἐνεργοῦσι vim ſentiens, a vero proxime abſuit, haec annotans: „*αἱ δυνάμεις — has virtutes deſcribit tanquam ſubſtantiales.*" — Imò h. l. *verae ſubſtantiae*, verae perſonae, intelliguntur: ſermo enim est pro contextu de *thaumaturgis*, nominatim de Apoſtolis, qui (v. 13.) *ΔΥΝΑΜΕΙϹ* πολλὰς *ΕΝΗΡΓΗΣΑΝ* ſeu ἐποίησαν —, et vero etiam de *Jeſu* ipſo, cujus miraculorum (v. 3.) mentio fit.

Nomen δύναμις in N. T. non ſolum in univerſum de miraculis, potisſimum de miraculoſa daemonum ejectione, verum etiam de *thaumaturgis*, de iis ipſis uſurpatur, qui miracula patrant, Abstracto poſito pro Concreto, more quidem hebraico, neque vero Hebraeis proprio: nam in patrio etiam ſermone nostro, modo attendere velis, innumera reperies hujus generis exempla.

Nonne haec interpretatio nostra, cum uſui loquendi, tum orationis contextui conſentanea, maxime probabilis videtur et vulgari praeferenda?

Quod autem τινὲς e longinquo venisse dicuntur, narratio non est definita. Τινὲς sunt *aliqui*, non *nonnulli*, non *einige wenige:* possunt enim *aliqui*, iique multi, et vero etiam *aliqui*, iique pauci, intelligi. Vid. *Platon. Phaedon* C. 1. ἀλλὰ παρῆσαν *TINEC* καὶ *ΠΟΛΛΟΙ* γε. Alias *ΟΛΙΓΟΙ TINEC.* — Ergo loco illo nostro non magis dicere licet, illos τινὰς fuisse *paucos*, quam *multos.* Cogitemus igitur de aliqua multitudinis parte, sive majore, sive minore.

Marc. IX, 11—13.

Lectio vulgata.

Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιςᾷ πάντα, ΚΑΙ ΠΩC γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν.

Lectio ex conjectura nostra.

Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· ΤΙ ΟΥΝ λέγουσιν — — — — ἀποκαθιςᾷ πάντα, ΚΑΘΩC ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΕΠ ΑΥΤΟΝ·, ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν, ΚΑΘΩC. ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΕΠΙ ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ.

Hanc lectionem nostram ita interpretamur: Tum Apostoli, qui in monte *Eliam* viderant, magistro hanc quaestionem proposuerunt: Quid igitur dicunt legisperiti, oportere *Eliam* antevenire? Quid sibi volunt? Num fortasse hujus exspectationis veritatem eventu comprobatam vidimus? Ipse vero iis haec respondit: Quod isti legisperiti de adventu *Eliae* ante adventum Messiae loquuntur, in eo non sunt vituperandi: nam, secundùm oraculum *Malachiae* prophetae, *Eliae* adventus ante Messiae adventum est promissus, atque etiam officium hujus praecursoris a *Malachia* pariter atque a *Jesaia* praescriptum — καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν —; sed falluntur isti et reprehendendi sunt eo nomine, quod *Eliae* adventum etiamnunc exspectant. Vana quoque est vestra ipsorum conjectura, quasi oraculum *Malachiae* ipsa illa *Eliae* apparitione in monte verum factum sit. Dico enim vobis, *Eliam* jam olim venisse, neque vobis tantum, sed omnibus Judaeis apparuisse, suique officii probe memorem, mihi, Domino; viam parare voluisse, omnemque operam navasse, ut mores populi judaici corrigeret, omnesque idoneos redderet ad me eo, quo fas esset, modo excipiendum. Sed parum effecit ardentissimum hujus viri studium. Per brevissimum temporis spatium hujus doctoris illustris luce delectati sunt. (Joh. V, 35. πρὸς ὥραν —). Paulo post, mutatâ sententiâ, pro arbitrio suo eum tractarunt, a daemone obsessum nominarunt, tandemque in custodiam conjectus et capite plexus est. Similis sors, durior adeo et crudelior,

secundum vaticinia Messiana me manet. Multa mihi subeunda erunt mala, et pro nihilo habebor — *καθὼς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* —

Sic ego quidem locum corruptum sanandum censeo. Verba *καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν* sunt praeponenda; verba autem *καθὼς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* postponenda.

Recte rejecit *Fritzschius* interpretationes aliorum, *Kuinoelli* nominatim; sed *διττογραφίαν*, quam ipse h. l. sumit, ego quidem non admitto.

„*Ne multa*, inquit, *agnosco hic διττογραφίαν, quo vitio nullum crebrius est in N. T. Delenda igitur puto verba, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν, quae etiam a sensu laborant* (?); *neque enim memoriae proditum erat* (*ἐγέγραπτο*), *male tractatum iri Messiae anteambulonem.*" — Sane quidem hoc in V. T. non praedictum erat; sed tamen *Eliae* (*Johannis*, baptistae) munus. Ad *Eliae* munus, ad ejus officium viam Domino muniendi, ad verba praecedentia — *ἀποκαθιστᾷ πάντα* — *ad hoc* praeparandi munus *solum*, non ad *tristem Johannis sortem*, verba — *καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν* — pertinent. Sic demum omnia sunt planissima, ac ne minimum quidem obscuritatis remanet.

Marc. IX, 35—50.

Lectio vulgata.

35. *Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος καὶ πάντων δοῦλος.*

36. *Καὶ λαβὼν παιδίον ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ εἶπεν αὐτοῖς·*

37. *Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται, καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με.*

— — — — — — — — —

43. *Καὶ ἐὰν ἡ χείρ σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοί ἐστι κυλλὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον,*

44. *ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.*

— — — — — — — — —

49. *ΠΑΣ γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἉΛΙ ἁλισθήσεται.*

50. *Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.*

Lectio ex conjectura nostra.

35. (50.) *Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.*

recto abduci, atque a partibus ipsius, quibus favere coepisset, Apostolorum culpâ abalienari posset. Non autem Jesus in reprehensione Apostolorum acquiescit, sed, data hac occasione, in universum de *scandalis*, quae alteri dari soleant ab hominibus, tanto animi fervore, tanta sermonis severitate ac vehementia loquitur, ut mirum non esset, si Apostoli illo etiam tempore obstupefacti quaesivissent: *Τίς ἄρα* (Matth. XIX, 25.) *δύναται σωθῆναι?* —

Primo enim τὸ σκανδαλίζειν, τὸ τιθέναι πρόςκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον (Rom. XIV, 13.), τὸ σκάνδαλα ποιεῖν (Rom. XVI, 17.), τὸ βάλλειν σκάνδαλον (Apoc. II, 14.), aperte damnat, et τὸν σκανδαλίζοντα, impie et male agentem, pravoque exemplo suo, vel verbis, vel factis, aliorum sentiendi agendique rationem corrumpentem, gravissime peccare docet, v. 42.

Deinde v. 43. seqq. originem *scandalorum*, quae alteri dantur, a membris corporis humani *hominem scandalizantibus*, ad peccandum allicientibus, repetit, nominatim a *manu*, a *pede*, ab *oculo*, eumque, qui a peccatis sceleribusque, et corruptione aliorum, a *scandalis*, sibi cavere velit, *manum scandalizantem* abscindere, *pedem scandalizantem* amputare, *oculum scandalizantem* effodere atque abjicere jubet. Quod quidem jussum quem habeat sensum, nostra quidem aetate nemo est, credo, quin sciat. Praeclare cecinit pius noster *Gellertus*:

„Du opferst Gott die leichtern Triebe
durch einen strengen Lebenslauf;
doch opferst du, will's seine Liebe,
ihm auch die liebste Neigung auf?
Dies ist das Auge, dies der Fuss,
die sich der Christ entreissen muss.“ —

Cfr. Col. III, 5. Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐςὶν εἰδωλολατρεία. — Vid. quae *Fritzschius* noster, *Fritzschii* docti laudatique doctus laudatusque pater, ad Matth. V, 29. 30. 39. observavit A. 1828. Halis typ. Gebauer.

Denique ibidem Jesus significat, homines ad *duo* revocari debere genera: alios enim esse *scandalizantes*, improbos et malos, qui neque manum virtuti inimicam abscindant, neque pedem ad peccandum allicientem amputent, neque oculum ad scelus incitantem effodiant, sed genio suo indulgentes — *duas* manus, *duos* pedes, *duos* oculos retineant, et pravo exemplo suo, vel verbis, vel factis, aliorum sentiendi agendique rationem corrumpant, quos aeterna post mortem maneat miseria; alios autem *non scandalizantes*, probos et bonos, qui religionis virtutisque causa *unam* manum, *unum* pedem, *unum* oculum habere malint, geniumque suum defraudent, qui, quamvis sint ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενοι καὶ δελεαζόμενοι (Jac. I, 15.), tamen, sint ἀπεχόμενοι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν (Pet. II, 11.), pravas corporis cupiditates fortiter et constanter opprimant et vincant, sicque et suae et aliorum saluti prospiciant, quos aeterna post mortem maneat vitae beatitas.

Maxime memorabile est ac probe tenendum, Jesum de *aeternitate* poenarum infernalium loquentem in nullo alio loco tanta sermonis perspicuitate usum esse, quanta in nostro, nec in

ullo alio, remota omni nominis *αἰώνιος* ambiguitate, tantopere, tam ſtudioſe, tam accurate ac definite dogma illud inculcaſſe, quam in nostro, quippe quod non ſemel tantum proponit, ſed iterat, neque iterat tantum, ſed adeo repetit: *ter* enim miſeriam aeternam diſtincte ſatis ſuperque *ſcandalizantibus* denunciat. — Quanquam etiam de ſempiterna vitae *beatitate* probis hominibus promiſſa *ter* loquitur; tamen hanc minus definite illis annunciat. *Bis* eam nominat *τὴν ζωὴν* v. 43. et 45; *ſemel τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*, v. 47., non addito Adjectivo *αἰώνιον*. Alias hoc addit, ac diſcipuli de beatitatis aeternitate non dubitantes facile, ſua ſponte, ſubaudire poterant. Dogma de beatitatis futurae aeternitate non inviti homines admittunt, lubenterque fide amplectuntur. Quis enim, quaeſo, est ſana mente, qui in aeternum beatus vivere nolit? — Aliter autem res ſeſe habet in aeternitate poenarum infernalium. Hoc dogma adverſatur naturae et voluntati humanae. Hoc non facile admittunt, et cupide de eo judicantes de ejus veritate dubitant, vel eam adeo negant. Quam quidem hominum naturam et cupiditatem judicandique perverſitatem cum Jeſus plane cognitam perſpectamque haberet; poenas improborum, quas post mortem ſenſuri ſint, non tantum nomine *τοῦ πυρὸς* ſignificavit, ſed, ut omnem obſcuritatem removeret, et ambiguitatem nullam relinqueret, poenas illas *τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον* nominavit, atque, ut lumini ſermonis cumulum quaſi adderet, inſuper verba, *ter* quidem, adjunxit haec: *ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.*

Haec igitur est ſcriptura ſuperior, quacum v. 50. (49.) nobiliſſima illa interpretum crux arctiſſime cohaeret. Accedamus nunc ad hanc crucem, et interpretemur *primo* locum ſecundum lectionem ex conjectura critica nostra, quam ſupra lectioni vulgatae ſubjunximus; *deinde* vero etiam de lectionis vulgatae origine et lectionis ex ſolo ingenio nostro profectae probabilitate, quam diligentiſſime fieri potest, videamus; *denique* de interpretationibus nonnullis interpretum celeberrimorum judicium nostrum qualecunque feramus.

Lectionem nostram verbum ex verbo ſic reddimus: *Nam omne ſcandalum igni colligetur, et omnis victima vitae colligetur.*

Quemadmodum in ſcriptura ſuperiore omnes homines ad *duo* genera revocari, et *ſcandalizantes* (brevitatis cauſa hoc verbo rurſus uti liceat) et *non ſcandalizantes* diſcerni vidimus: ita etiam nostro in loco, duobus orationis membris, omnes duobus illis generibus continentur, et in utroque membro est enunciatio univerſalis: *Πᾶν σκάνδαλον* — *Omne ſcandalum*, i. e. omnes homines *prioris* generis, omnes *ſcandalizantes*, ſine ulla exceptione. *Πᾶσα θυσία* — *Omnis victima*, i. e. omnes homines *posterioris* generis, omnes *non ſcandalizantes*, ſine ulla exceptione.

Deſcribitur autem utriusque generis hominum non ſolum *vivendi ratio terrena*, (homines enim *prioris* generis in hac terra ſunt *σκάνδαλον*, *posterioris*, *θυσία*), ſed etiam *ſors vitae futurae post mortem*, Verbo *ἁλισθήσεται*, uno eodemque Verbo *futuri* temporis, quod in utroque membro legitur, neque *imperandi*, ſed *indicandi* vim habet. *Omnia ſcandala colligentur* ſeu *congregabun-*

terpres, quem finximus, textus a nobis ficti virum se praestitit. Valet de eo tritum illud:

„*Dimidium facti, qui bene coepit, habet.*"

Nonne igitur sperare liceat, eum exegesin suam bene ad finem esse perducturum, et *posteriorem* textus nostri enunciationem, etiam sine contextus et parallelismi locorum subsidio, pari cum laude et successu explicaturum, praesertim cum interpretatio enunciationis *posterioris* multo facilior sit, et *prioris* luce adjuvetur? Nonne enim ei alia quoque lex hermeneutica in mentem veniat, quam sequi in *posteriore* interpretanda debeat, haec: *Oppositorum opposita est ratio* — ? Quam si sequatur, profecto non possit a vero sensu aberrare. Qui enim scit, quid sit h. l. *σκάνδαλον*, is eo ipso etiam sciat, necesse est, quid sit *θυσία*, esse hoc quoque Abstractum pro Concreto positum, et significare homines pios ac probos, qui semet ipsi Deo patri et Jesu Christo, Domino, tanquam victimam offerant, qui semet ipsi religionis ac virtutis causa quasi sacrificent. — Qui scit, quid sit *πυρί*, hunc Dativum esse *incommodi*, eoque significari poenas impiis et improbis aliquando perferendas, is eo ipso etiam scire postest, et nescire non postest, Dativum *τῇ ζωῇ* esse Dativum *commodi*, et significare vitam seu beatitatem *aeternam* piis et probis hominibus sperandam, quae non semper *ἡ ζωὴ αἰώνιος*, sed simpliciter etiam *κατ' ἐξοχὴν*, sine Adjectivo illo, *ἡ ζωὴ* dicitur. — Revera igitur textus noster eandem sententiam continet, quam *Paulus* proposuit 2. Cor. V, 10. *Τοὺς ΠΑΝΤΑC. ἡμᾶς (πᾶν σκάνδαλον καὶ πᾶσα θυσία) φανερωθῆναι δεῖ (ἁλισθήσεται) ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ΑΓΑΘΟΝ, (πᾶσα θυσία τῇ ζωῇ ἁλισθήσεται), εἴτε ΚΑΚΟΝ (πᾶν σκάνδαλον τῷ πυρὶ ἁλισθήσεται).* — Quis, quaeso, est, qui interpretationem textus nostri meliorem, legibusque hermeneuticis, usui loquendi, et analogiae doctrinae christianae convenientiorem excogitare possit? —

Textum vel solum interpretationem propositam facillime admittere, jam vidimus; *contextum* vero veritatem ejus evincere, nunc videbimus.

2.

De contextu.

Etsi in scriptura *superiore* de *collectione* proborum et improborum die novissimo futura nihil legitur, ideoque significatus *colligendi*, quem Verbo *ἁλισθήσεται* subjecimus, ex illa defendi non potest; tamen veritas potestatis, quam omnibus reliquis verbis attribuimus, inde clarissime elucet, et haud dubie evincitur.

Nomine *σκανδάλου* vere significari *τοὺς σκανδαλίζοντας*, *auctores scandalorum* et *corruptores aliorum*, nonne hoc e versu 42. patet, ubi Jesus *τὸν σκανδαλίζοντα* gravissime peccare docet?

Nomine πυρὸς vere significari *poenas infernales*, nonne hoc et ipsum Jesus manifeste docet, qui in scriptura *superiore* hoc nomen de poenis infernalibus *sexies* usurpasse legitur? —

Nomine θυσίας vere significari *fortes et constantes verae virtutis cultores*, τοὺς πνεύματι ΘΑΝΑΤΟΥΝΤΑΣ τὰς πράξεις τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ (Rom. VIII, 13.) — τοὺς ΝΕΚΡΟΥΝΤΑΣ τὰ ΜΕΛΗ αὐτῶν, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς (Col. III, 5.) — τοὺς ἀπεχομένους τῶν ΣΑΡΚΙΚΩΝ ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς (1. Pet. II, 11.) — τοὺς παραστήσαντας τὰ ΣΩΜΑΤΑ αὐτῶν ΘΥΣΙΑΝ ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ (Rom. XIII, 1.) — semet ipsos Deo et Christo tanquam victimam consecrantes, semet ipsos quasi sacrificantes —, nonne hos nomine θυσίας vere significari, Jesus ipse in scriptura *superiore* luculenter ostendit, eo, quod eos, qui beatitatis aeternae participes fieri velint, manum ad peccandum pellicientem abscindere, pedem ad prava stimulantem amputare, oculum ad scelus incitantem effodere atque abjicere jussit?

Nomine ζωῆς vere significari *vitam* seu *beatitatem aeternam*, nonne Jesus in scriptura *superiore*, quem eandem illam *bis* simpliciter et κατ' ἐξοχὴν τὴν ζωὴν, et *semel* τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ nominasse legimus, extra omnem dubitationem posuit? —

Sic igitur evicta est interpretationis nostrae veritas ex *contextu* cum scriptura *superiore*. Restat, ut etiam *parallelismum locorum* consideremus, qui interpretationis nostrae veritatem confirmat et postulat.

3.

De parallelismo locorum.

Omnes significationes, quas singulis loci nostri verbis subjecimus, e *contextu* defendi posse, praeter *unam*, Verbo ἁλισθήσεται attribuendam, modo vidimus. Hanc vero *parallelismus* non minus, quam omnes reliquas defendit. Conferamus praecipue tres locos, ubi Jesus ipse vel de *collectione improborum*, vel de *collectione proborum*, vel de *collectione utriusque hominum generis* loquitur. Si, quod recte dicitur, suorum quisque verborum optimus est interpres; nonne id de Jesu nostro multo rectius valeat? Loci sunt hi:

a) Matth. XIII, 41. 42. Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, κ ΣΥΛΛΕΞΟΥΣΙΝ (ἁλίσουσιν, συναλίσουσιν) ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΣΚΑΝΔΑΛΑ καὶ τοὺς ΠΟΙΟΥΝΤΑΣ τὴν ἀνομίαν. Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ ΠΥΡΟΣ κ. τ. λ. *Mittet filius hominis angelos suos, et* COLLIGENT *e civitate ipsius* OMNIA SCANDALA et MALE AGENTES, *eosque conjicient in fornacem ignis* cet. — Videsne, πᾶν σκάνδαλον esse πάντα τὰ σκάνδαλα? — Videsne, Abstractum positum esse pro Concreto, et *scandalorum auctoribus*, *scandalizantibus*, appositos esse *male agentes*? — Videsne, ἁλίζειν esse idem, quod συλλέγειν, et collectionem futuram esse per angelos? — Videsne, angelos, qui collecturi istos sint, conjecturos eos esse in ignem, τῷ πυρὶ, *igni*, tradendos?

nostram audaciam, et se capere negat, quo tandem modo haec duo verba, πᾶν σκάνδαλον, in *unum*, *πᾶς*, et verbum *ζωῇ*, cujus literae cum literis verbi *ἁλὶ* ne minimam quidem similitudinem habeant, in *ἁλὶ* immutari potuerit. Necesse igitur est, lectionis vulgatae originem et corruptionis modum, lectionisque nostrae *probabilitatem* satis ostendere et commendare.

II.

Lectionis vulgatae origo.

1.

Πᾶς —

Sumamus, aliquem, usus loquendi hebraici peritum, qui sentiret, πᾶν σκάνδαλον, *omne scandalum*, non *colligi*, multo minus *saliri* posse, sed, Abstracto posito pro Concreto, idem valere, quod *πᾶς σκανδαλίζων*, probe intelligeret, sumamus igitur, eum haec duo verba, *explicandi causa*, ad marginem adscribere *voluisse*, sed, propter spatii angustias, non nisi *unum* verbum, *πᾶς*, adscribere *potuisse*, et *alterum*, *σκανδαλίζων*, lectoribus mente et cogitatione addendum reliquisse, vel etiam (hoc quoque sumere licet), praeter necessitatem, consulto, cogitantem: *Sapienti sat!* — *unum* illud, *πᾶς*, ad marginem posuisse, atque hoc uno, quasi digito, viam sensus reperiundi lectoribus intelligentibus demonstrare voluisse, quemadmodum a *Bengelio* in *Gnomone* saepenumero factum id esse scimus. Nonne id fieri potuisse concedis?

Deinde vero etiam sumamus, explicatorem illum, qui *πᾶς* ad marginem adscripsisset, spe sua fuisse falsum, et, praeter voluntatem suam, textus corrumpendi occasionem dedisse. Cum enim alius solum *πᾶς*, omisso *σκανδαλίζων*, ad marginem appositum videret, neque vero caperet, qua ratione *πᾶν σκάνδαλον*, quae verba in codice suo legebat, vel *colligi*, vel adeo *saliri* recte dicatur; illud *πᾶς* solum non pro glossemate marginali, sed pro lectione genuina habere coepit, et, missis duobus illis verbis, *πᾶν σκάνδαλον*, quasi spuriis, casu quodam exortis, illud *πᾶς* solum, quasi genuinum, in verborum ordinem recipere non dubitavit, et totius enunciationis sensum utcunque explicare sibi studuit, vel etiam plane non curavit.

2.

Ἁλὶ —

Faciamus, eundem scilicet correctorem, cui *τὸ πᾶς* debeamus, vel alium quendam, habuisse codicem, in quo lectio genuina, *τῇ ζωῇ*, vel excidisset, vel inesset. Si haec lectio genuina excidisset; cum locum Lev. II, 13. — *καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἉΛΙ ἁλισθήσεται* — vel ad marginem adscriptum videret, vel memoriâ eum teneret, sitne mirum, quod Verbo *ἁλισθήσεται* iterato, cui non *colligendi*, sed *saliendi* vim attribueret, illud *ἉΛΙ* praeponere non dubitaverit, prae-

[illegible] cum priori ἀλισθήσεται praepositum cerneret πυρί? — Sin autem lectionem τῇ ζωῇ in codice suo habuisset; nonne vel sic, cum in oratione Jesu contexta de *sale* legisset, τῇ ζωῇ in ἁλὶ eo lubentius immutasse putandus sit, quo molestior sibi, Dativum *commodi* non agnoscenti et *saliendi* Verbo inhaerenti, enunciationis interpretatio haberetur? —

3.

τῷ πυρὶ —

Lectio vulgata Articulum τῷ non habet. Cum in scriptura superiore Articulus *sexies* praepositus sit; non facile est ad credendum, *Marcum* ipsum hoc ultimo versu Articulum omisisse: quanquam ipsum *Marcum* etiam sine Articulo πυρὶ scribere potuisse, non omnino negare ausim. Vid. *Praef. ad Eclogas nostras.* Sed ponamus jam, Articulum h. l. ab ipso *Marco* vere esse praepositum. Excidere non potuit? Nusquam excidit? Nonne etiam a librario consulto omitti potuit, ut πυρὶ sequenti ἁλὶ *omnino* responderet? — Quicquid est; salvus certe manet noster sensus. Quid? quod etiam ideo lectio vulgata, πυρὶ, retineri ac defendi posse videtur, quod Matth. XXV, 41. *TO* πῦρ *TO* αἰώνιον ibidem v. 46. κόλασις αἰώνιος vocatur, non Ἡ κόλασις, Ἡ αἰώνιος, quemadmodum etiam *vita aeterna* non ubique dicitur, ἡ ζωὴ simpliciter, et ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, sed pluribus etiam in locis ζωὴ, at ζωὴ αἰώνιος, sine Articulo, v. c. Matth. XIX, 16. 29. XXV, 46. Marc. X, 17. 30. —

Haec igitur lectionis vulgatae origo esse mihi videtur. Hoc modo corruptam esse judico lectionem genuinam. Num, mi lector, conjecturae meae criticae aliquam probabilitatem conciliasse tibi videor? Dic, quaeso, aperte.

„*Habet sane conjectura tua non aliquam, sed maximam probabilitatis speciem; at nunquam tamen ad partes tuas accedam, nec unquam te in* Criticorum *numero habebo. Quicunque enim conjecturas tantum criticas proponit, neque lectionum suarum veritatem codicum auctoritate tueri ac defendere potest, (conjecturae criticae, quamvis probabiles, sunt et manent conjecturae —), is dignus non est, qui in* Criticis *numeretur. Conjector criticus est, praetereaque nihil, honorifico* Critici *nomine prorsus indignus.*" —

Nomine me appellas, quod minus honorificum tibi habetur. Non autem moleste id fero: sum enim profecto, in hoc certe loco, et pluribus aliis in locis, *conjector criticus*, non *Criticus*, honorifico illo significatu tuo: quanquam lectionum veritatem ipse suo loco ac tempore codicum auctoritate, (quam me minime spernere, vel ex praefatione ad Eclogas nostras, et ex his Eclogis ipsis intelligere et potes, et, si Deo placet, poteris) tueri ac defendere studeo. Acquiesco in *honorifico interpretis* nomine, quo me ipse ornasti: meam enim lectionis a me constitutae interpretationem non pro *conjectura exegetica*, sed pro *interpretatione legitima*, ex artis hermeneuticae legibus facta, habuisti, atque omnino probasti, ita quidem, ut adeo diceres, *optandam esse lectionis meae veritatem s.* γνησιότητα, nihilque desiderari, nisi hoc unum, ut veritas *lectionis* veritati *interpretationis* re-

ſpondeat. Si igitur tibi conſtare vis, nihil aliud faciendum tibi est, quam hoc, ut vel unam ex omnibus interpretationibus adhuc prolatis, quas te honoris, aut brevitatis cauſa *falſas* dicere memini, (quas rectius *conjecturas exegeticas* dixeris, quam interpretationes) tanquam *legitimam* eligas, mihique ostendas, vel, ſi ne una quidem *legitima* tibi habetur, ipſe *novam*, eamque *legitimam*, exputes, ſicque lectionem *vulgatam*, quae codicum auctoritate nititur, tuearis ac defendas. Quod quidem ſi feceris, ſi *vel unam* ex prolatis *vere legitimam* mihi obtuleris, vel novam, a temet ipſo excogitatam, eamque *vere legitimam*, mecum communicaveris; ſtatim equidem misſam faciam conjecturam meam criticam, atque in interpretatione tua et lectione vulgata, vere genuina, acquieſcam. Sin autem ipſe tandem cognoveris, omnes interpretationes, quas noveris, *ſale inſulſo* esſe conditas, ac ne unam quidem reperiri posſe, quae ſit ad palatum, tuque ipſe *vere legitimam* exputare non potueris; equidem conjecturae meae criticae *probabilitatem*, interpretationisque *veritatem* firmisſime tenebo.

Sic volo, ſic teneo, ſtat CUM RATIONE *voluntas.*

Nihil addo, niſi hoc unum. Quemadmodum ego in locis, ubi conjecturas criticas propoſui, *conjectoris critici* nomen aequo et lubenti animo fero (nam — *quod ſis, esſe velis, nihilque malis* —): ita *loci nostri* interpretes, *ad unum omnes* (in quibus esſe viros honorifico *Exegetarum* nomine dignisſimos, probe ſcio), ſi eos, *loci nostri ratione habita*, non *Exegetas*, ſed *conjectores exegeticos* nominavero, non ferent, ſpero, inique et moleste.

III.

Interpretationes Schottii, Kuinoelii et Fritzſchii.

1.

Quod *Schottius* in membro loci nostri *priori* enunciationem *univerſalem* agnoſcit, quod verbo *Πᾶς omnes homines improbos*, omnes damnandos, ſignificari ſtatuit, quod verbo πυρὶ non calamitates terrenas, ſed pro contextu *poenas infernales* indicari judicat, quod denique Verbum ἁλισθήσεται non de eo, quod *in hac terra* fieri, vel *debeat*, vel *necesſe* ſit, ſed de eo interpretatur, quod hominibus improbis *post vitam terrenam futurum ſit*, hactenus boni interpretis officio ſatisfacit. Quod autem Verbo ἁλισθήσεται h. l. *ſaliendi* vim attribuit, et, *Jeſu docente*, futurum esſe putat, ut damnati *igne ſaliantur*, hac ex parte boni interpretis officium neglexisſe mihi videtur.

„*Perſuaſum*, inquit, *mihi habeo, ſervatorem* (v. 49.) *hoc enunciasſe, fore, ut illi, qui ſalis* (verae ſapientiae christianae) *uſum nullum in hac vita terrestri fecisſent*, (nec reſistere voluisſent illecebris vitiorum), *in vita altera*, POENIS EDOCTI, *necesſitatem ſentirent ac prae-*

ſtantiam ſapientiae verae, atque reſipiſcendum eſſe intelligerent. — *Juvat locum* Luc. XVI, 27. ſeqq. *comparare, ubi homo dives inducitur, ſupplicio vitae futurae traditus, probe jam intelligens, mentem citius fuiſſe mutandam, atque obſequium praeſtandum doctoribus divinis.*" —

„Sie alle werden dort erſt mit dem Feuer der Gehenna geſalzt werden. Ich ſage mit Feuer geſalzt, nicht mit Salz, wie die Gott geweiheten Opfer. — Eine ganz andere Bewandnis hat es mit den Gott geweiheten Opfern im Tempel, und den ihnen ähnlichen, Gott geweiheten Sachen. Sie empfangen hier das Salz der Weisheit. Sie darf nicht erſt das Salz der Gehenna ſalzen." —

Contra hanc ſententiam, etiamſi ſumamus, dici *poſſe*, futurum eſſe, ut damnati *igne ſaliantur*, has quaestiones recte movere licet: Quaenam, quaeſo, fuit iſtius hominis, vel, ut rectius dicamus, iſtius animi a corpore ſoluti prudentia? Fuit ſapientia vera? Emendatio ſenſus prorſus probanda? Quaenam ſunt ejus vestigia et ſigna ſatis certa? — Quanquam animus iſtius heluonis a corpore in ſepulcro jacente erat liberatus; tamen de lingua ſua loquebatur, quaſi adhuc eam haberet, oculis ſuis *Abrahamum* et *Lazarum* cernere, illum loquentem ſuis auribus audire, et ignis flammâ cruciari ſibi videbatur. —

Apparet quoque, qua ſtultitia opinionisque vanitate, a verae virtutis ſtudio ipſum retinente, in terra laboraſſet, iſtum eâdem etiam post obitum laborare. Quo enim modo hic in terra ſuo ab *Abrahamo*, progenitore, deſcenſu ſuperbierat, ſeque vel hac de cauſa Deo probari opinatus fuerat: ita etiam, ab hac terra ſemotus, in eodem illo progenitore ſuo ſpem fiduciamque ponere pergebat. Non intelligebat iste, doctoribus divinis, quorum auctoritas jam ſatis ſuperque eſſet confirmata, obſequium praeſtari et poſſe, et debere, ſed miſſionem *Lazari* in aedes paternas neceſſariam ducebat, doctrinamque *Moſaicam* et *propheticam* ſufficere negabat. Non igitur agnovit ſuam culpam, Deique punientis justitiam. —

Aliud est, *miſeriam ſuam ſentire* (hanc ſane iste ſenſit, ſique in miſeriae ſenſu vera ſapientia ponenda est, hactenus profecto ſapere coepit); aliud autem, *ſuam culpam agnoſcere, Deumque ab omni culpa purgare, Dei punientis justitiam ſentire.* Hanc ſapientiam in isto deſideramus. Ne verbum quidem eloquitur de vita ſua in terris turpiter acta, de ſua reſipiſcentia, de ſuo ad frugem redeundi ſtudio, de ſuo virtutis amore. Ne verbo quidem confitetur peccata ſua, ne ſemel quidem dicit: *Μετανοῶ*. Ne ſemel quidem affirmat, ſe pristinae vitae jam poenitere, ſentiendique rationem in melius eſſe mutatam, ſeque omne emendationi ſtudium eſſe adhibiturum. —

Optat tantum, ut ne quando fratres quinque, ſuo exemplo corruptos, poenae ſuae ſocios habeat, atque in eundem locum dejectos videat, idque non humanitatis fraternique amoris, ſed ſui commodi et lucri cauſa optat, *metuens quippe fratrum exprobrationes, ſuorumque cruciatuum acceſſiones haud leves.* —

Quo jure igitur *Schottius* existimare et scribere potuerit, „*er sey durch Schaden klug oder gewitziget worden*" — equidem non intelligo. Verae sapientiae sal, quo caruit iste in hac terra, eidem quoque defuit in gehenna: unde etiam ab *Abrahamo* nulla data est liberationis promissio. Fuit in vita terrena *φρόνιμος* more *τῶν υἱῶν τοῦ αἰῶνος τούτου εἰς τὴν ΓΕΝΕΑΝ ΤΗΝ ἙΑΥΤΟΥ* (Luc. XVI, 8.); talem *φρόνησιν* habuit etiam post mortem.

Deinde oratio Jesu ex interpretatione *Schottiana* non cohaeret cum scriptura *superiore*, ubi Jesus *ter* negat, futurum esse, ut improborum vermis moriatur, eorumque ignis exstinguatur. Ad hanc enim repetitam, ad hanc *ter* pronunciatam negationem, quam temere factam esse, haud dubie *Schottius* ipse non existimat, relegat nos Conjunctio *ΓΑΡ.* — Si quilibet homo improbus per ignem infernalem *salis* h. e. *verae sapientiae* particeps erit; quo tandem modo Jesus *ter* negare potuit, fore, ut improborum vermis moriatur, eorumque ignis exstinguatur? Manifestum est, Jesum ambiguitatem, quae sit in verbo *αἰώνιος*, *triplici* illa negatione tollere, veramque poenarum infernalium aeternitatem docere voluisse. Nonne vero, ex sententia *Schottiana*, affirmare potius debebat, accepto *sale*, h. e. accepta *sapientia vera*, futurum aliquando esse, ut eorum vermis moriatur, ignisque exstinguatur? Quorsum enim opus est igne *in perpetuum* ardente, qui *nunquam* exstingui possit, si Deus consilium, quod in emendatione damnatorum per ignem efficienda ponitur, aliquando omnino consequetur? Acceptâ sapientiâ, emendatione vere effectâ, vermis iste moriatur, ignis iste exstinguatur, necesse est, neque vermis in aeternum vivere, neque ignis in aeternum ardere potest.

Cum Jesus ipse alio loco* doceat, poenas damnatorum alias aliis fore *tolerabiliores*; omnes illas poenas, etiam *gravissimas*, posse *tolerari*, non temere credimus. Quanquam vero hoc adversariis doctrinae de poenarum infernalium aeternitate facile largimur, et, cruciatus hominum damnatorum non adeo duros et vehementes fore, ut melius sit, non esse, quam esse, vereque exoptatius, exstingui atque in nihilum redigi, quam in perpetuum conservari, vitamque miserrimam trahere, lubenter concedimus, ideoque, *posteriorem* damnatorum sortem, comparatam ad *priorem*, meliorem fore, atque adeo, cum priore comparatam, *beatitatem* dici posse, non sine ratione speramus; tamen, cum Jesu et Apostolorum auctoritas clarissime constantissimeque poenarum infernalium *aeternitatem* pariter doceat atque proborum beatitatis, hoc certe statuendum tenendumque est, *perpetuum* fore sortis proborum et improborum discrimen, et futurum esse, ut, quamvis miseria horum *decrescens* beatitati illorum crescenti respondeat, beatitas damnatorum, si qua *comparate* dici possit, NUNQUAM, si cum beatitate proborum comparetur, NUNQUAM *beatitas*, sed semper *miseria* sit appellanda. *Sed tu quis es, homuncio, qui cum Deo altercari sustineas?* Sufficit nobis scire, Deum justum suum cuique tributurum esse, neminemque injuria affecturum.

Haec de interpretatione membri *prioris*; jam de interpretatione *posterioris*, quae non magis, imò multo minus mihi probatur.

Verbis enim — *πᾶσα θυσία κ. τ. λ.* — *duplicem* fimul attribuit fenfum, *proprium* et *tropicum*. Nam *πᾶσα θυσία primo* fignificare putat *bestias Deo facras*, victimas, quae proprie dicuntur, et verba *ἁλὶ ἁλισθήσεται* de fale accipit, quod *proprie* dicitur; *deinde* vero etiam illa — *πᾶσα θυσία* — fignificare dicit *homines probos*, virtutis verae cultores, victimas, quae *tropice* dicuntur, et haec — *ἁλὶ ἁλισθήσεται* — *improprie de fapientia* intelligit, atque de fale et faliendi actu *tropice* cogitare nos jubet: quam utriusque fignificationis ac fenfus commixtionem et quafi conglutinationem in una eademque enunciatione, in uno eodemque verfu, *quendam verborum lufum* vocat.

In univerfum autem fententiae *Schottii* parallelismus membrorum *duplici* modo adverfatur. Nam

a) τὸ *ἁλισθήσεται* in membro *priori* ab ipfo ad vitam *futuram post mortem* recte refertur; fed in *posteriori* idem Verbum non recte ad *vitam terrenam* pertinere dicitur. Nonne interpretatio hujus Verbi in utroque membro fibi conftare, et vel de vita *futura post mortem*, vel de vita *terrena*, *quae ante mortem vivitur*, in utroque membro cogitari debet? —

b) Si Jefus hoc dicere voluit, *improbos* homines *omnes*, in *altera* vita, poenis edoctos, *per ignem*, fapientiae laudem et fructum fibi esfe paraturos, *probos* autem *omnes* vel nunc, *in hac ipfa vita terrena*, fapere, fapientiae verae *falem* habere; quid est, quod in *posteriori* membro, in quo *Schottius* de *fapientia proborum terrena* agi arbitratur, de *modo hujus fapientiae acquirendae* nihil legatur? Damnati igitur fapientiam confequuntur in altera vita *per ignem*. Jam vero quaeritur, quomodo probi homines in hac vita fapientiam confequantur. Quomodo (refpondeas mihi, velim) quomodo, quaefo, hi fiunt fapientes? Num etiam *per ignem*? At in membro *posteriori* nulla ignis mentio fit. An *per fal, ἁλί* —? Sed quid hoc est, fapientem fieri *per fal*? Quale est hoc fal?

Si haec legerem verba: *Πᾶς πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ΠΥΡΩΣΕΙ πρὸς πειρασμὸν γινομένῃ ἉΛΙΖΕΤΑΙ* — haec fi viderem verba; justam fane haberemus oppofitionem membrorum. Sic enim *τῷ πυρὶ*, *igni infernali*, per quem improbos *fapientiam* confecuturos esfe putat, opponeretur *ignis terrestris*, *τὸ πῦρ δοκιμαστικὸν, ἡ πύρωσις ἡ πρὸς πειρασμὸν γινομένη* (1 Pet. IV, 12.), h. e. divina rerum adverfarum et calamitatum omnis generis immisfio, per quam probi magis magisque fapientes fiant, atque in virtutis ftudio exerceantur. Sic etiam Verbo *futuri* temporis, *ἁλισθήσεται*, ad vitam *futuram post mortem* referendo, opponeretur Verbum *praefentis* temporis, *ἁλίζεται*, quod ad *hanc vitam terrenam* referendum esfet. —

Secundum conjecturam nostram membrum *prius posteriori*, et *posterius priori* omnino est oppofitum. Omnia ac fingula utriusque enunciationis verba fibi invicem refpondent. *Ῥᾴδιον τὸ ἀληθές*.

2.

Etsi interpretatio *Kuinoelii* aliquanto facilior videtur; tamen tot tantaeque restant difficultates, tot tantisque laborat aberrationibus a grammaticis et hermeneuticis legibus, ut mihi quidem nulla ratione probari possit.

„*Sensus hujus sententiose dicti (pag. 134 seqq.) in se spectati commode videtur mihi posse constitui hunc in modum: Quilibet vestrûm (alloquitur Jesus discipulos) calamitatibus, vexationibus veluti saliri, emendari, praeparari debet, (quo consequatur salutem), sicuti omnes oblationes sale condiri, praeparari debent, quo sint oblationes Deo acceptae.*“

„Scilicet πῦρ in literis sacris non tantum est imago poenarum et suppliciorum, sed etiam generatim calamitatum miseriarumque quarumvis, quae, instar ignis, aurum argentumve purgantis, hominum probitatem ac pietatem probant, eosque emendant et corrigunt.“

„*Salis usus Graecis, Romanis, et Hebraeis erat solennis. Et cum sal efficiat, ut cibi eo respersi ad comedendum reddantur aptiores, suaviores, firmiores, etiam, quae Diis offerebantur, eadem ratione, qua cibi humani adornari solebant, instruenda et sale condienda putabant, quo gratiora Diis redderentur.* Ἁλίζεσθαι, *sale condiri, notio huic cognata est praeparari, quae quidem significatio etiam huic Verbo conveniens est in formula* ἁλὶ ἁλισθήσεται: *nam sale sacrificium praeparabatur et perficiebatur. Usus est Jesus formula* πυρὶ ἁλίζεσθαι, *non Verbo* δοκιμάζεσθαι, *(quod proprie de metallorum exploratione per ignem usurpatur), aut simili, quoniam laudare volebat verba Lev. II, 13.*“

„*Denique particula* καὶ *h. l. reddi debet SICUTI, quemadmodum hebr.* ו *Job. V, 7. 1 Cor. VI, 13. Vid. Gesenii Lehrgebäude. pag. 845.*“ —

„*Jam si vinculo quodam haec sententia iis, quae praecesserunt, annectenda est; cum tentationes et corruptelarum illecebrae, quae ad religionem deserendam adducunt, annumerari soleant in libris sacris afflictionibus a Christi sectatoribus perferendis, vid. Jac. I, 12. seqq., sententiarum nexus h. l. exhiberi potest hic: Reprimite cupiditates pravas, quamvis hoc maxime arduum vobis videatur, et cum molestia atque doloribus conjunctum sit: etenim calamitates, dum constanter perferuntur, virtutem vestram Deo probant, vos dignos et idoneos reddunt, qui potiamini felicitate perenni.*“ —

Exploremus hanc interpretationem per partes:

a) Sane Jesus h. l. loquitur ad Apostolos; sed quae h. l. Apostolis dicit, dicit omnibus. Est locus communis. Non legitur πᾶς ἐξ *ὙΜΩΝ, quilibet VESTRUM*, uti Luc. XIV, 33., sed πᾶς, *quilibet*, in universum.

b) Quanquam non negamus, calamitates quoque et miserias *terrenas* nomine πυρὸς significari *posse*; tamen nobis non quaeritur, num alio quodam in loco πῦρ hunc significatum habeat, sed num nostro in loco habere et *possit*, et *debeat*. Utrumque negamus et pernegamus. Nam *pro contextu* non nisi de poenis infernalibus cogitari et *potest*, et *debet*.

c) Verbum ἀλισθήσεται non *imperandi*, ſed *indicandi* vim habet, neque est ad vitam terrenam referendum, ſed ad vitam post mortem futuram. Non praecipit Jeſus iterum, quod *fieri debeat*, ſed indicat, quod *futurum ſit*. Non vertere licet: VELUTI *ſaliri* (emendari, praeparari) DEBET. Nam

α) in ſcriptura *ſuperiore* Jeſus diligentisſime jam docuerat, quid faciendum ſit iis, qui ſalute aeterna frui velint, quomodo emendare ſeſe et praeparare debeant ad beatitatem aeternam. Non de calamitatibus et vexationibus *externis*, non de perſecutionibus *omnisque generis* malis locutus erat Jeſus, quae ab Apoſtolis perferri deberent, non impedimenta virtutis christianae *externa* commemoraverat, ſed *interna*, *et manum abſcindere, pedem amputare, oculum effodere* atque *abjicere* Apoſtolos nosque omnes jusſerat. Jam quis, quaeſo, ſit nexus logicus? *Vos, Apoſtoli mei, ſuperandis omnibus virtutis impedimentis internis, in corporis vestri membris latentibus, vincendis domesticis istis vitiorum illecebris, emendare vos, atque ad ſalutem aeternam praeparare DEBETIS. NAM vos omnes hoc modo emendari, atque ad ſalutem aeternam praeparari DEBETIS.* — Num hic tibi est nexus logicus? An alium habes? Hunc fortasſe: *Vos — — — DEBETIS.* NAM *vos omnes calamitatibus et vexationibus* e x t e r n i s, *omnisque generis malis et incommodis a Deo vobis immisſis emendari atque ad ſalutem aeternam praeparari DEBETIS.* Itane? Hunc nexum logicum habes? Equidem logicum etiam ſic deſidero.

β) Uſus loquendi h. l. vetat Verbo *futuri* temporis vim *debendi* attribuere, idque vertere: *emendari* ſ. *praeparari DEBET.* Quanquam enim conſtat, *Futurum* ſeu *Aoristum* Hebraeorum ſaepenumero vim *imperandi* habere (quemadmodum etiam in patrio nostro ſermone non raro *Futurum*, vel adeo *Praeſens*, pro *Imperativo* ponitur, v. c. ſi quis famulo ſuo dicit: *Du wirſt das heute thun, oder, nicht thun* — pro: *Du ſollſt das heute thun, oder, nicht thun* — *Du gehſt dahin* — pro: *Du ſollſt gleich, unverzüglich dahin gehen* —); tamen Futurum *imperandi* vim non habet, niſi in oratione directa, velut in Decalogo, et Lev. II, 13., ubi leges ſcriptae reperiuntur. Si Jeſus id dicere voluisſet, quod *Kuinoelius* vult; haec legeremus: *Πάντα* ſ. *Πάντας γὰρ πυρὶ ἁλίζεσθαι ΔΕΙ.* Sic Joh. III, 7. *Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν* — multisque in aliis locis. —

d) Particula *καὶ nunquam* est *ὡς, καθὼς*, et Hebraeorum ו *nunquam* est idem, quod כְּ, כַּאֲשֶׁר. *Καὶ* est *καὶ*, ו est ו.

Graecorum *καὶ* non ſolum *ſignificare ET*, ſed etiam SICUT, ostendere conatur ex 1 Cor. VI, 13. *Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, ΚΑΙ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς ΚΑΙ ταύτην, ΚΑΙ ταῦτα καταργήσει.* At plane ineptus est hic locus ad docendum, *τὸ καὶ* non tantum *ſignificare ET*, ſed etiam SICUT. Quid, quaeſo, cogit nos, ut, misſâ ſignificatione conſueta, ad fictam confugiamus? Quid est, quod non liceat vertere ſic: *Cibi deſtinati ſunt ventriculo, ET ventricu-*

lus cibis; Deus vero ET hunc, ET illos tollet —? Haec verſio non grammatice recta, vera, ſatisque perſpicua est? — Poſſe aliquem, qui liberius vertere velit, hanc verſionem exhibere: SICUTI *cibi deſtinati ſunt ventriculo: ITA ventriculus deſtinatus est cibis; SICUT autem Deus hunc tollet: ITA etiam illos* — id quidem non negamus. Num vero ex illa verſione liberiore concludere licet, *καὶ* nunc ſignificare *ſicut*, nunc *ita*, aut nunc *ita*, nunc *ſicut*? — Quod de particula *καὶ* valet, id etiam de Hebraeorum copula ו, cui graecum *καὶ* reſpondet, ſervari debet.

Hebraeorum copulam ו pariter atque Graecorum *καὶ*, non ſolum Et *ſignificare*, ſed etiam SICUT, ex loco *Jobi V*, 7. ostendere conatur, qui ita habet:

אָדָם לְעָמָל יוּלָּד

וּבְנֵי רֶשֶׁף יַגְבִּיהוּ עוּף —

Lutherus non ſatis recte: *„Der Menſch wird zu Unglück geboren, WIE die Vögel ſchweben empor zu fliegen."* — *Geſenius* noster, cujus auctoritate ſuum SICUT *Kuinoelius* tueri ſtudet, ſimiliter vertit: *„Zum Ungemach iſt der Menſch geboren, WIE die Raubvögel hoch fliegen."* —

Quanquam *Geſenius* noster, qui discrimen *ſignificatus* verborum et *ſenſus* non ignorat, (quod vel ex iis apparet, quae de copula ו — vid. *Wörterbuch* pag. 223 ſeqq. — expoſuit: ibi enim non dicit, Hebraeorum copulam habere multos *ſignificatus*, ſed recte ſtatuit, *es zeige an viele andre Nüancen der Verbindung*, multos alios copulandi modos, qui aliarum particularum latinarum uſu *magis perſpicue* exprimi poſſint —) quanquam igitur ille noster haud dubie recte docet, Hebraeorum ו non in omnibus locis uſu latinae copulae ET neceſſario reddendum eſſe, ſed pro enunciationum natura aliis quoque particulis, etiam particulâ SICUTI exprimi poſſe; tamen ipſe, et cum ipſo *Kuinoelius*, errare mihi videtur in loco illo *Jobi*, ubi non conditio hominum ſimilis cum conditione avium ſimili *comparatur*, (qualis *comparatio* est Eccl. IX, 12., ubi conditio piſcium et avium ſimilis cum conditione hominum ſimili *comparatur* —

(— כַּדָּגִים — כַּצִּפֳּרִים — כָּהֵם —),

ſed conditio *avium* conditioni *hominum* in loco *Jobi opponitur*: quod Alexandrini recte viderunt, vertentes:

— *ἄνθρωπος γεννᾶται κόπῳ·*
νεοσσοὶ ΔΕ γυπὸς τὰ ὑψηλὰ πέτονται.

Homo naſcitur labori (molestiae); *pulli* AUTEM (videsne oppoſitionem?) *vulturis volantes alta petunt* (ſuperiores ſunt labore et molestia hominum in terra viventium). Jeſus ipſe: *Homo*, inquit, *ſuam cujusque diei molestiam ſentit; aves AUTEM neque ſeminant, neque metunt, neque in apothecas colligunt, et tamen a Patre vestro coelesti aluntur.* Est igitur oppoſita conditio, non ſimilis.

Heus! audiamus avium
ſuaviſſimum convicium!
In alto circumvolitant,
Deique laudes celebrant.
Laudat alauda Deum, cum ſe dimittit in altum;
Cum ſe demittit, laudat alauda Deum.

Aves in aëre volantes ſecure vitam transigunt, nec ſentiunt istam *κακίαν*, de qua Jeſus loquitur Matth. VI, 34, istum *κόπον*, עָמָל —

e) Si Jeſus locum illum Levitici vel laudare, vel ejus argumentum certe indicare voluisſet; vel ſic dicturus fuisſet (uti ſupra Marc. IX, 13.): *Καθὼς γέγραπται· Πᾶσα θυσία ἁλισθήσεται* — vel hoc modo: *ὡς* (Marc. XIII, 14.) *κατὰ τὸν νόμον πᾶσαν θυσίαν ΔΕΙ ἉΛΙΖΕΣΘΑΙ.*

f) Quod Vir Doctisſimus putat, „tentationes et corruptelarum illecebras in libris ſacris, nominatim Jac. I, 12. ſeqq., annumerari *afflictionibus a Christi ſectatoribus perferendis,*" in eo quoque fallitur. *Ὁ πειρασμὸς τοῦ Θεοῦ* (*ἡ πύρωσις πρὸς πειρασμὸν γινομένη*, i. e. mala, incommoda, calamitates, res adverſae, quae a Deo, Patre nostro ſancto, nobis virtutis nostrae exercendae et explorandae cauſa immittuntur, nobisque patienter et conſtanter *perferendae* ſunt, non confundi debent cum nostris virtutis impedimentis, in corpore nostro latentibus, cum pravis cupiditatibus, *vitiorum illecebris, quippe quae a Christi ſectatoribus non tolerandae, non perferendae, ſed ſuperandae, vincendae* ſunt: nam hic *πειρασμὸς* non est *ὁ πειρασμὸς τοῦ Θεοῦ*, quem debemus *ſustinere, ὑπομένειν* Jac. I, 12., ſed *ὁ πειρασμὸς τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας*, cui reſistere, *ἀντιστῆναι*, debemus. Jac. I, 13. IV, 1. 7.

3.

Multis interpretationibus loci nostri h. e. *conjecturis exegeticis*, docte et recte a *Fritzſchio* rejectis, haec ab ipſo propoſita est, in qua, judicio meo de ſuperioribus qualicunque praemisſo, mihi nunc breviori esſe licet: „*Nemini non tanto ſtudio virtus colenda est, ut ipſa corporis membra, ſi quando ad flagitia invitaverint, abſcindere debeat potius, quam ad vitia delapſus vitae aeternae beatitate privetur, et in geenna ſempiternas poenas luat. NAM quivis aerumnis tanquam igne ſalietur*, i. e. *EXPLORABITUR, et quaevis victima ſale conſpergetur*, i. q. *quippe omnes aerumnis ad vitae aeternae felicitatem PRAEPARABUNTUR, SICUT omnes victimae E MOSIS DECRETO ſale SUNT ad immolationem PRAEPARANDAE. — Vocula καὶ* (cfr. *Geſenii Lehrgebäude p.* 815 *ſq.*) *ad SENSUM verti potest SICUTI, ſed SICUTI ipſum non SIGNIFICAT. Job. V, 7.: Homo ad calamitatem naſcitur, ET filii alitum ſublimes abeunt* — i. q. *Homo ad aerumnas naſcitur, SICUT alites loca alta volatu petunt.*" — Acumini Viri Doctisſimi haec pauca judicanda trado:

a) *Salire* non est *explorare.* Non *ſaliendo*, ſed *gustando* explorantur cibi. *Gustando* demum cognoſcitur, utrum cibi ſalſi ſint, an non ſalſi, utrum nimis ſint ſalſi, an parum, utrum

ſint ad palatum, an non ſint. Postea cum Verbo *explorandi* recte permutatum est *praeparandi* Verbum.

b) In priori membro Verbo ἁλισθήσεται recte attribuitur vis *indicandi;* in posteriori non recte vis *imperandi,* quaſi legatur: *καὶ πᾶσαν θυσίαν ΔΕΙ ʽΑΛΙΖΕΣΘΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ.*

c) In loco nostro non magis quaerenda est *comparatio* rei ſimilis cum ſimili, quam in loco illo *Jobi.* Imò *oppoſitionem* videmus contrariorum. Nam τὸ ſaliri *ſale,* quod proprie dicitur, opponitur τῷ ſaliri *igne,* qui improprie dicitur. Aliter ſaliuntur *bestiae;* aliter *homines.* Uti *Kuinoelius,* ita etiam *Fritzſchius,* ad defendendum ſuum SICUT, ad uſum loquendi Scripturae et *Geſenii* nostri auctoritatem provocat; ſed in *duabus* tamen rebus cernitur defenſionis diverſitas. Nam *primo* locum illum *Paulinum* 1 Cor. VI, 13., quem ille pro opinione ſua laudat, non attingit, quippe quem ad hunc uſum prorſus ineptum esſe, haud dubie ipſe ſenſit. *Deinde* caute et recte negat, Hebraeorum copulam ו et Graecorum καὶ SICUT *ſignificare.* Cum vero nullam aliam viam et rationem videret, qua ſeſe ex hac difficultate recte et commode expediret, et uſui loquendi legibusque hermeneuticis ſatisfaceret; *ſenſus* ſcilicet aſylum arripuit, nodumque non *ſolvere,* ſed *ſcindere* invitus (credo) decrevit: quod ipſum etiam duobus illis viris doctisſimis celeberrimisque, *Schottio* et *Kuinoelio,* aliisque permultis, qui interpretationes *ſale* conditas edere conati ſunt, accidisſe puto.

Marc. XI, 13.

Lectio vulgata.

Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα ἦλθεν, εἰ ἄρα τι εὑρήσει ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν οὐδὲν εὗρεν, εἰ μὴ φύλλα· ΟΥ ΓΑΡ ʼΗΝ ΚΑΙΡΟϹ ΣΥΚΩΝ.

Lectio ex conjectura nostra.

Καὶ — — — εἰ ἄρα τι εὑρήσει ἐν αὐτῇ· (*ΟΥ ΓΑΡ ʼΗΝ ΚΑΙΡΟϹ ΣΥΚΩΝ·*) *καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν — — — — φύλλα.*

Fritzſchius: „*Rectisſime* **Griesbachius** *interpretis hoc loco, non Critici partes esſe affirmavit. — Non igitur, ut conjectandi libidini indulgeas, hic locus permittit.*“ — Plures aliorum conjecturas et interpretationes enarravit et recte rejecit; tum ſuam vulgatae lectionis interpretationem adjecit, hanc:

„*Cum* **Marcus** *magnam vim ei rei tribuerit, quod illa ficus* **folia** *habuerit, atque Jeſus ad eam e longinquo* **viſam** *accesſerit; hic verſus ſic exponendus videtur. Jeſus ſub paſchatis*

festum, quo tempore arbores neque maturas ficos, et multo minus folia' haberent, (Plin. Hist. N. XVI, 49. — *eidemque* (fico) *ferius folium nafcitur, quam pomum*), *e longinquo confpicatus ficum foliis vestitam, accedit, etfi non fit* καιρὸς σύκων, *fieri tamen posfe, ut, quemadmodum in aliis arboribus evenire folet, arbor ante tempus foliis ornata etiam praecoces ficos ferat, existimans. Sed hac fpe frustratus est. Etenim nullas ficus reperit. Cujus rei caufam addens Marcus* οὐ γὰρ ἦν, *inquit,* καιρὸς σύκων (*denn es war nicht Feigenzeit*). — *Hac interpretatione omnes, nifi fallor, difficultates tolluntur. Apparet, cur Jefus in loco ficorum plenisfimo ficum adierit e longinquo vifam; intelligitur ratio, qua ductus Marcus adjecerit* ἔχουσαν φύλλα; *patet postremo vis ac potestas verborum* οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. *Quanquam Marcus haec verba non elegantisfime adjecit. Scilicet quamvis non esfet tempus ficuum, tamen ex eo, quod jam folia propollulasfent, fequi videbatur, ficus illius arboris jam tum ad maturitatem pervenisfe."* —

Ego vero nefcio, an hac interpretatione omnes difficultates vere fint fublatae. Nam

1) fic *Marcus* non modo parum eleganter, fed etiam ineptisfime, nec fine fumma adverfus Jefum injuria verba illa — *non enim erat tempus ficuum* — adjecit. Sic enim ficum istam *excufavit* (quidni enim in hac arbore, quam Jefus de gente judaica, cum arbore fterili comparanda, cogitans, *fymbolice* tractare vellet, *excufandi* Verbo utamur? —); Jefum vero ipfum non *excufavit*, fed eo nomine *accufavit*, quod in ficu ista poma *matura* intempestive exfpectasfet et quaefivisfet, in qua ne *praecocia* quidem exfpectare et quaerere liceret.

2) Quod vero fi ita est; non apparet, quo jure Jefus hanc arborem, *culpâ quafi fuâ* pomis *maturis* carentem, tanquam arborem fterilem fpectare, atque poena quafi afficere, h. e. efficere vi fua potuerit, ut arefceret, ac ne folia quidem proferret.

Etfi verba οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων haud dubie genuina, eorumque mutandorum conatus irriti funt; tamen quaerere licet, cum librariorum culpâ, vel etiam cafu quodam permultas verborum trajectiones factas esfe conftet, num fuum obtineant locum, an in alium fint transferenda. Equidem fumo, verba illa, ultimo loco pofita, transponenda esfe post verba εἰ ἄρα τι εὑρήσει ἐν αὐτῇ, et parenthefeos fignis concludenda, atque ea mente a *Marco* addita, ut Jefum excufaret, ac defenderet ab ignorantiae temeritatisque crimine, quafi in ficu ista intempestive exfpectaverit et quaefiverit poma matura, cum *praecocia* certe exfpectare illo tempore et quaerere recte posfet. Hunc enim mihi videntur illa verba habere fenfum: *nam tempus ficuum non FUERAT, non praeterierat, non intempestive, non fero fructus quaerebat, non tempore alieno.* Magis perfpicue Graeci dicunt: *Οὐ γὰρ ἦν παρ᾽ ὥραν* — et nostri: *Es war nicht aufser der Zeit.* —

Verbum ἦν non femper fignificare *erat*, fed etiam *fuerat*, vel ex Joh. IX, 24. intelligitur, ubi homo, qui caecus quidem *fuerat*, fed tunc non *erat*, dicitur ὁ ἄνθρωπος, ὃς *ΗΝ* τυφλός. Quemadmodum illo loco, quanquam non legitur ὃς ἦν πρῶτον τυφλός, vel ποτε τυφλός, uti v. 13.,

tamen ἦν non est *erat*, fed *fuerat:* ita nostro loco, quanquam non legitur οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων παρεληλυθώς, tamen vertendum est *fuerat*, non *erat*. Scribere etiam *Marcus*, aptius quidem, poterat: οὐ γὰρ ἐζήτει καρπὸν πρὸ καιροῦ. — Sed non tam videndum est interpreti, quomodo auctor fcribere potuerit, quam potius, quid et quomodo fcripferit.

Marc. XII, 3 — 5.

Lectio vulgata.

Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν, καὶ ἀπέστειλαν κενόν. Καὶ ΠΑΛΙΝ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· *Κἀκεῖνον ΛΙΘΟΒΟΛΗΣΑΝΤΕΣ ΕΚΕΦΑΛΑΙΩΣΑΝ, ΚΑΙ ΑΠΕΣΤΕΙΛΑΝ ΗΤΙΜΩΜΕΝΟΝ.* Καὶ ἄλλον ἀπέστειλε· κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες.

Lectio ex conjectura nostra.

Οἱ δὲ — — — κενόν. Καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον ΑΠΕΚΤΕΙΝΑΝ ΗΤΙΜΩΜΕΝΟΝ. Καὶ ΠΑΛΙΝ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον ΛΙΘΟΒΟΛΗΣΑΝΤΕΣ ΕΚΕΦΑΛΑΙΩΣΑΝ· καὶ πολλοὺς ἄλλους, κ. τ. λ.

Conferamus duos locos parallelos, in quibus et ipfis injuriarum, quibus fervi a domino vineae ad vinitores misfi affecti esfe narrantur, cernitur gradatio.

In *Matthaei* loco XXI, 35. 36. haec est gradatio: — οἱ γεωργοὶ — ὃν μὲν *ΕΔΕΙΡΑΝ*, ὃν δὲ *ΑΠΕΚΤΕΙΝΑΝ*, ὃν δὲ *ΕΛΙΘΟΒΟΛΗΣΑΝ*. — alium *verberarunt*, alium *occiderunt*, *alium adeo lapidum conjectu* (crudeliore et acerbiore modo) *occiderunt*. Verbum ἀποκτείνειν est generale et indefinitum; λιθοβολεῖν autem fpeciale ac definitum, quod h. l. Verbo ἀποκτείνειν, uti Matth. XXIII, 37. et Luc. XIII, 34., postponitur, ac de eo lapidum conjectu ufurpatur, quo certi quidam malefici folebant necari.

In loco *Lucae XX*, 10 — 12. etfi nullius fervi *occifi*, vel decollati, vel lapidibus ad necem usque obruti, mentio fit; tamen etiam hic evangelista *tria* injuriarum genera *gradatim* diftinguit, his verbis: — δοῦλον — οἱ δὲ γεωργοὶ *ΔΕΙΡΑΝΤΕΣ* ἐξαπέστειλαν κενόν. — ἕτερον δοῦλον· οἱ δὲ κἀκεῖνον *ΔΕΙΡΑΝΤΕΣ ΚΑΙ ΑΤΙΜΑΣΑΝΤΕΣ* ἐξαπέστειλαν κενόν. — — τρίτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτον *ΤΡΑΥΜΑΤΙΣΑΝΤΕΣ ΕΞΕΒΑΛΟΝ*. — primum fervum *verberibus affectum* emiferunt vacuum — alterum *verberibus et ignominia affectum* emiferunt vacuum. — tertium *vulneribus affectum ejecerunt*. —

Matthaeus primum servum *verberatum* esse narrat, (quae fuit injuria *gravis*); alterum *necatum*, (quae fuit injuria *gravior*); tertium *lapidum conjectu necatum* (quae fuit injuria *gravissima*). — Secundum nostram conjecturam *Marcus tria* injuriarum genera *similiter* describit: primum enim servum plane sic, uti *Matthaeus*, tantummodo *verberatum*, alterum autem ac tertium *necatos* esse narrat, ita quidem, ut necem alterius *generali* et indefinito Verbo, necem tertii speciali ac definito significet. Etsi enim *κεφαλαιοῦν τινα, male aliquem in capite tractare, caput alicui ferire, laedere, vulnerare*, per se solum si spectatur, latius patet, neque de iis tantum usurpari potest, qui capiti alterius vulnera *letalia* infligunt, qui caput alicujus ita laedunt, ut animam efflare necesse sit; tamen *Marcus* praeposito Participio Verbi λιθοβολεῖν (quod *Matthaeo* solum sufficit ad *necem lapidum conjectu effectam* significandam) omnem ambiguitatem tollit, nosque de vulneribus *letalibus* ac *nece* λιθοβολίαν *secuta* cogitare jubet.

Matthaeus XXI, 36. addit haec: Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὩΣΑΥΤΩC — i. e. τοὺς μὲν ἔδειραν, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἐλιθοβόλησαν (λιθοβολοῦντες ἐκεφαλαίωσαν, ἀπέκτειναν). *Marcus* similiter: καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν *ΔΕΡΟΝΤΕC*, τοὺς δὲ *ΑΠΟΚΤΕΙΝΟΝΤΕC*. Non addit: τοὺς δὲ *ΚΕΦΑΛΑΙΟΥΝΤΕC*, vel *ΤΡΑΥΜΑΤΙΖΟΝΤΕC* —, sed *tria* illa injuriarum genera *ad* duo refert, ad τὸ δέρειν et τὸ ἀποκτείνειν, et hoc *generali* Verbo *omnem necem* comprehendit, et *sine lapidum abusu, et lapidum conjectu effectam*.

Verba καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον (ἠτιμημένον, ἠτιμασμένον cet.) *Fritzschius* recte spuria habet. Facile enim fieri poterat, ut aliquis, trajectis verbis λιθοβολήσαντες et ἐκεφαλαίωσαν, non animadversa gradatione, neglecto loco parallelo *Matthaei*, collato autem loco parallelo *Lucae* (ubi non tantum τραυματίσαντες, sed etiam καὶ ἀτιμάσαντες ἐξαπέστειλαν κενόν legitur) vim et potestatem Verborum λιθοβολεῖν et κεφαλαιοῦν non assequeretur, et glossema illud margini allineret.

Marc. XII, 8.

Lectio vulgata.

Καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.

Lectio ex conjectura nostra.

Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν.

Jesus (hic est ille υἱὸς, per quem ὁ Θεὸς, λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων nobis locutus est) ex urbe ejectus, extra urbem occisus est, non autem in urbe occisus ex urbe ejectus est. Lectio *Marci* vulgata ex *Matthaeo XXI*, 39. et *Luca XX*, 15. corrigi debet sic, uti nos fecimus.

Marc. XIII, 32.

Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, ΟΥΔΕ 'Ο ΥΙΟΣ, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.

Secundum hanc lectionem vulgatam, *οὐδὲ ὁ υἱός*, Jesus semet ipse *partim* deprimit, *partim* extollit.

Sane *deprimit* semet ipse: profitetur enim nominatim, se Deo, Patre, esse inferiorem, Patremque solum esse omniscium, seque hac virtute divina angelis superiorem esse negat.

Sed iisdem verbis, *οὐδὲ ὁ υἱός*, profecto etiam semet ipse *extollit:* indicat enim, se angelis coelestibus, qui hominibus sint intelligentiores, superiorem esse. Namque h. l. facile animadvertitur orationis gradatio: — *οὐδείς, nullus homo — οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, ne angeli quidem, nullus angelorum*, quamvis sint hominibus intelligentiores — *οὐδὲ ὁ υἱός, adeo ne filius quidem*, non solum omnibus hominibus, sed etiam omnibus angelis coelestibus superior, hominum atque etiam angelorum Dominus, — *εἰ μὴ ὁ Πατήρ, sed solus Pater.*

Etsi vero Christus, filius Dei, omnibus et hominibus, et vero etiam omnibus angelis est superior, eorum Dominus, omnibus illis venerandus et adorandus, *secundum constantem, eamque clarissimam, luculentissimam, et certissimam Scripturae doctrinam;* tamen verba *οὐδὲ ὁ υἱός* pro spurio habemus additamento, non quo crisi nostra dignitati Servatoris vel tantillum aut addere, aut detrahere velimus, sed quod ipse loquendi usus, quem Jesus secutus est, crisin hanc nostram commendat et suadet. Jesus enim in statu *exinanitionis* suae, quem Theologi vocant, docente *Paulo*, (Hebr. II, 9.), vere *angelis* erat *inferior, παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος, infra angelos depressus.*

Quo quidem in statu ubi Jesus se spectat, nusquam angelis se superiorem praedicat, eosque non angelos SUOS, sed DEI angelos, *coelestes* angelos, vel etiam simpliciter *angelos* nominat, veluti Luc. XII, 8. 9. XV, 10. XVI, 22. Matth. XVIII, 10. — Neque etiam Matth. XXVI, 53. dicit: *Possim angelis* **meis** *imperare*, ut cet., sed: *Possim Patrem meum rogare, ut* cet.

Aliter loquitur Christus de angelis, ubi futuram vitae conditionem, coelestem illam, statum *exaltationis,* quem Theologi dicunt, apud animum sibi proponit, veluti Matth. XIII, 41. *Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους 'ΑΥΤΟΥ* (SUOS angelos), *κ. τ. λ.* — Sic etiam Matth. XXIV, 31. *Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους 'ΑΥΤΟΥ* (SUOS angelos), *κ. τ. λ.*

Matth. XXV, 31. et Luc. IX, 26. non erat necesse angelos appellare SUOS: praecedunt enim verba *ἐν τῇ δόξῃ 'ΑΥΤΟΥ καὶ τοῦ πατρός.* —

Atqui vero cum nostro in loco semet ipse in statu *exinanitionis* spectet; verba illa, *οὐδὲ ὁ υἱός*, quibus verbis se Deo quidem inferiorem, sed tamen etiam angelis superiorem esse signifi-

caverit, ab ipſius oratione habenda ſunt aliena et ſpuria. Cfr. Matth. XXIV, 36., ubi illa non leguntur. De ſe non *κατὰ τὸ ῥητὸν* h. l. loquitur, ſed *κατὰ τὴν διάνοιαν*, uſus verbo *οὐδείς*, *nullus homo*. Cum enim *omnes* homines diem et horam ignorare dicat, eo ipſo quoque ſe, *hominem*, *ἄνθρωπον*, Joh. VIII, 40. ignorare dicit. — *Si ſolus Pater ſcit; ſequitur, ut ne Filius quidem ſciat.* — Haec concluſio peperit gloſſema marginale.

Marc. XIV, 41. 42.

„*Dormiendo et requieſcendo reliquum tempus conſumere vultis?* Num *ἀπέχει* ſcil. *ἡ ὥρα*; *Hat es denn noch lange Zeit? Num putatis, horam longe abeſſe*, vobisque diutius licere dormire et requieſcere? *Imò, jam adest hora.* — *Surgite, eamus.*"

Post Verbum *ἀπέχει* pono ſignum interrogandi, non cum b. *Knappio* ſignum exclamandi. Illud Verbum vulgo vertitur: *Sufficit.* Cum vero ne unum quidem noverim N. T. locum, ubi *ἀπέχειν* ſit *ſufficere*; contra vel propter locos *Matth. XV*, 8. *Luc. XV*, 20. *XXIV*, 13. dubitari non poſſit, quin ſignificet *diſtare*, *abeſſe*, *remotum eſſe*, et Jeſus ipſe *τὸ ἐλθεῖν*, *veniſſe*, *adeſſe*, *τῷ ἀπέχειν* opponat: equidem hunc ſignificatum h. l. admittendum eſſe ſtatuo. Recte quidem hoc vidit *Kuinoelius*; ſed ejus interpretationem tamen probare non poſſum. „*Dormite porro et quieſcite:* non opus est amplius veſtris vigiliis, *abest*, *receſſit*, *praeteriit*, anxietas mea, angor ille animi mei, qui me hactenus graviſſime preſſit et afflictavit." — Imò Jeſus: „*Non*, inquit, *aliquantum temporis reſtat*, *uti vobis videtur*, *ſed nihil; non longe abest tempus*, *ſed jam adest. Dormire et quieſcere diutius vobis non licet.* —

Marc. XVI, 2.

Lectio vulgata.

Καὶ λίαν πρωῒ — *ΑΝΑΤΕΙΛΑΝΤΟC τοῦ ἡλίου* —

Lectio ex conjectura nostra.

Καὶ λίαν πρωῒ — *ΟΥΚ* vel *ΟΥΔ' ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου* — De hoc loco relegantur, velim, quae ad Matth. XXVIII, 1. ſunt animadverſa.

Marcus non ſimpliciter ſcripſit *πρωῒ*, ſed praepoſuit *ΛΙΑΝ*, ſicque cum *Luca* et *Johanne* conſentit. — *ὄρθρου βαθέως* — *σκοτίας ἔτι οὔσης* — ne *ſole quidem exorto.* Adverbium negandi,

οὐκ, οὐδ', h. l. excidisse credo, quod aliis etiam in locis excidisse constat, nominatim Luc. IX, 4. *Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ΕΚΕΙΘΕΝ ΕΞΕΡΧΕΣΘΕ.* — Cfr. Luc. X, 7. *Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, — ΜΗ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.*

Marc. XVI, 7.

Lectio secundum interpunctionem vulgarem.

Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν.

Lectio secundum interpunctionem nostram.

Ἀλλ' — — — — τῷ Πέτρῳ· ὍΤΙ προάγει ὑμᾶς κ. τ. λ.

Etiam hic ipsius *Knappii* diligentiam desidero: etenim post nomen *Πέτρῳ* non ponendum est Comma, sed Colon.

Secundum interpunctionem *vulgarem*, h. e. *falsam*, verbis angeli *falsus* subjiciendus est sensus, hic: „*Sed abite, ac dicite discipulis ipsius, ac Petro, ipsum* (*Jesum*) *anteventurum esse vos* (mulieres) *in Galilaeam, ibi ipsum vos* (mulieres) *esse visuras, quemadmodum vobis* (mulieribus) *dixerit.*" —

Quis est, quin concedat, hunc sensum aperte pugnare cum sensu verborum Jesu, quae Matth. XXVI, 32. et Marc. XIV, 28. leguntur, aperto illo, maxime perspicuo ac definito? *Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναι με, προάξω ΥΜΑΣ* (Apostolos meos) *εἰς τὴν Γαλιλαίαν.* — *Apostolis* igitur hoc promissum Jesus dederat, non *mulieribus*. Hoc ipsum Jesu promissum de praeeundo in Galilaeam *Apostolis* datum angelus respiciens, mulieribusque exponens, verum locutus est, idemque hoc promissum, *Apostolis* datum, mulieres *Apostolis* in memoriam revocare jussit: quod, Colo post nomen *Πέτρῳ* posito, unusquisque statim videt.

Sic manifestum est, orationem esse directam, et *Ὅτι* ab initio orationis positum non esse *exegeticum*, non Germanorum *dass*, quod in latino sermone Accusativum cum Infinitivo postulet, sed *pleonasticum*, in versione non exprimendum, quod quasi pro signo allegationis („—") habeatur. Hoc pleonasticum *ὍΤΙ* reperitur v. c. Marc. VI, 16. — *εἶπεν· ὍΤΙ ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἐγέρθη ἐκ τῶν νεκρῶν.* (In parallelo loco Matth. XII, 2. *Ὅτι* non legitur.) Luc. IV, 4. *Γέγραπται· ὍΤΙ οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ κ. τ. λ.* (Matth. IV, 4. *ὍΤΙ* abest.) Luc. V, 26. — *λέγοντες· Ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον.* Marc. II, 12. — *λέγοντας· ὍΤΙ κ. τ. λ.* Joh. VIII, 17. Act. XIII, 34. His in locis, duobus locis *Marci VI*, 16. *Luc. V*, 26. exceptis, *Knappius* adeo nostrum allegationis

ſignum appoſuit. Niſi nostro in loco *"Οτι pleonasticum* pro *exegetico* male habuiſſet; non ſolum Colon videremus in ejus editione N. T. loco Commatis, et *"Οτι* pro *ὅτι*, ſed etiam ſignum allegationis „—", quod hîc magis neceſſarium fuiſſet, quam illis in locis, ubi lector facillime ſponte ſua intelligit, *"Οτι* eſſe non *exegeticum*, ſed *pleonasticum*.

Quod *Fritzſchius*, auctoritatem *Griesbachii* et *Knappii* ſecutus, interpunctionem vulgarem recepit, ego quidem miror; ſed magis tamen miror, quod e lectione ſecundum interpunctionem *manifeste falſam*, quae ſenſum *manifeste falſum* fundat, ſenſum *aperte verum* vertendo eruere conatus est. Nam pag. 705. haec leguntur: „— — *dicerent Apoſtolis et Petro, in Galilaeam EOS magistrum praegresſurum esſe, ut ibi DISCIPULOS conveniret.*" —

Michaëlis (vide ejus *Erklärung der Begräbnis- und Auferſtehungsgeſchichte* pag. 129 ſeq. recte de hoc loco judicat: *„Man muſs ſich wundern, daſs der ſehr nichtige Einwurf der Fragmente einige ihrer Widerleger in eine ſo groſse Verlegenheit hat ſetzen, und zu gezwungenen Erklärungen verleiten können, über die der Verfasſer der Fragmente ſeine herzliche Freude gehabt haben würde. — Sie wollen, Matth. XXVIII, 9. und Marc. XVI, 7. ſeyen die IHR, die angeredet werden, nicht die Jünger Jeſu, ſondern die WEIBER ſelbſt. SIE ſollten nach Galiläa gehen. "Οτι ſoll eine Verſicherung ſeyn. Sagt es ſeinen Jüngern und Petro. Ich ſchwöre euch, er geht vor euch her nach Galiläa, und da werdet ihr (WEIBER) ihn ſehen, wie er euch geſagt hat. — Der Verfasſer der Fragmente würde es ſchon für Sieg, beinahe für Triumph halten, die Vertheidiger der Religion zu ſolchen Erklärungen gezwungen zu haben."* — Quam neceſſaria igitur est diligentisſima interpunctionis legitimae cura!

Marc. XVI, 8.

Lectio vulgata.

Καὶ ἐξελθοῦσαι ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου, (εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις), καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ΕΦΟΒΟΥΝΤΟ ΓΑΡ.

Lectio ex conjectura nostra.

Καὶ — — — — — — — καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον.

Videamus *primum* de parentheſi; *deinde* de additamento ſpurio.

Particula *δὲ* h. l. non est *adverſativa*, ſed *explicativa* — nimirum — quae, ubi cauſa alicujus rei explicatur, quanquam per ſe *enim*, *nam*, non ſignificat, (cum particula *γάρ* recte permutari, et latine recte verti potest *enim*, *nam*: unde Syrus recte h. l. poſuit ſuum ܓܝܪ, cum

explicare vellet fugae mulierum et celeritatis abeuntium causam. Cfr. Joh. VI, 39. 40. XI, 57. Rom. III, 4. 7. Ipse etiam *Lutherus* recte posuit *denn:* quanquam fugae causam non recte a solo tremore et pavore (*Zittern und Entsetzen*) repetiit. Recentiores interpretes secuti sunt ejus exemplum.

Fritzschius: — „*occupaverat AUTEM eas METUS et PAVOR. — Fugâ sepulcrum reliquerunt, ita quidem, ut METU earum animi occupati essent. Sin* εἶχε ΓΑΡ — *scribatur; sententiae sic connexae sunt: Aufugerunt a sepulcro, metu et pavore, qui eas occupaverat, motae. Veruntamen neque* γὰρ *pro* δὲ *satis testatum est, et praestat* h. l. εἶχε δὲ — *lectioni* εἶχε γὰρ — *ob verba, quae proxime sequuntur:* ἐφοβοῦντο γάρ. — Ceterum δὲ pro γὰρ *positum esse, Kuinoelio nemo hodie credet.*" — Ego vero, qui et ipse lectionem δὲ genuinam habeo, *Kuinoelio* h. l. credo: alius enim est *significatus* verborum, alius *sensus*.

Non *metus et pavor* impulit mulieres ad fugam (quae vana fuit opinio ejus, qui, cum duo verba, τρόμος et ἔκστασις, pro synonymis haberet, iisque nil nisi *metum* significari putaret, et particulam δὲ, et reliqua parentheseos verba glossemate — ἐφοβοῦντο γάρ — explicare voluit —), sed fuga mulierum, *Matthaeo* pariter narrante atque *Marco*, a *duabus* causis, a *reverentia* et observatione angelici mandati de gressibus accelerandis (Matth. XXVIII, 7. — *ΤΑΧΥ* πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ —), et vero etiam a *magna*, quam sentiebant, *laetitia* nobis est repetenda — καὶ ἐξελθοῦσαι *ΤΑΧΥ* ἀπὸ τοῦ μνημείου (Matth. XXVIII, 8.) μετὰ *ΦΟΒΟΥ* (cui respondet τρόμος nostro in loco) καὶ *ΧΑΡΑС ΜΕΓΑΛΗС* (cui respondet ἔκστασις — *Sie waren außer sich vor Freude, sie wußten sich vor Freude nicht zu lassen*, uti nostri dicere solent de iis, qui laetitiâ immoderata, voluptate animi elata et gestiente, permoti sunt, atque ex potestate exierunt, ut mentis non sint compotes —).

Metus, qui proprie dicitur, oritur, *Cicerone* Tusc. III, 11. definiente, ex *opinione magni mali impendentis*. Etsi non negaverim, mulieres, blando sermone — Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς κ. τ. λ. — nondum audito, ob visum insolitum, nec opinatum vere metuisse; tamen, cum *ΦΟΒΟС*, qui proprie dicitur, *metus*, ἐν *ΧΑΡΑι ΜΕΓΑΛΗι*, ἐν *ΕΚΣΤΑΣΕΙ*, non magis esse possit, quam ἐν τῇ *ΑΓΑΠΗι ΤΕΛΕΙΑι*, (1 Joh. IV, 18. ὅτι ὁ *ΦΟΒΟС ΚΟΛΑΣΙΝ* ἔχει —), blandus ille sermo nunciusque laetissimus de Jesu redivivo in mulierum animis haud dubie tantam habuit vim, ut *ΦΟΒΟΝ*, *metum*, qui proprie dicitur, missum facerent, et alium *ΦΟΒΟΝ*, h. l. *reverentiam*, quae cum laetitia gestiente conciliari, animisque simul foveri posset, in illius *ΦΟΒΟΥ* locum reciperent.

Φόβον etiam aliis in locis non de *metu*, sed de *reverentia*, admiratione ac stupore dici, constat, v. c. Marc. IV, 41. Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν; κ. τ. λ. — *Num metuebant magnum aliquod malum impendens?* — Luc. I, 65. Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος κ. τ. λ. — V, 26. — καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες· Ὅτι εἴδομεν *ΠΑΡΑΔΟΞΑ* σήμερον. VII, 16. Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ *ΕΔΟΞΑΖΟΝ* τὸν Θεὸν, λέγοντες κ. τ. λ. —

Ἔκστασιν in universum dici in iis, qui ulla de causa ex potestate exierint, nominatim etiam, pro contextu, in exsultantibus, laetitiam sentientibus summam et gestientem, non minus constat,

v. c. Marc. V, 42. — *καὶ ἐξέστησαν ΕΚΣΤΑΣΕΙ μεγάλῃ.* Nonne *ΧΑΡΑι μεγάλῃ? Quod, quaeſo, magnum malum impendens, puellâ in vitam revocatâ, metuere miraculi ſpectatores potuisſent?* — Luc. V, 26. *Καὶ ΕΚΣΤΑΣΙΣ ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ΕΔΟΞΑΖΟΝ τὸν Θεόν* — Act. III, 10. — Sic etiam Verbum *ἐξίστημι* pluribus in locis.

Etiam in codice V. T. *exſultatio et laetitia maxima* non cum *metu et pavore*, ſed cum *reverentia, admiratione ac ſtupore* jungitur. Vid. Pſ. II, 11. *Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν ΦΟΒΩι, καὶ ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΕ αὐτῷ ἐν ΤΡΟΜΩι* — Jeſ. LX, 5. (ubi non de *metuendo aliquo magno malo*, ſed de *ſperando aliquo magno bono, eventu futuro, eoque laetisſimo,* ſermo est —). *Τότε ὄψῃ, καὶ ΦΟΒΗΘΗΣΗι, καὶ ΕΚΣΤΗΣΗι τῇ καρδίᾳ, ὅτι κ. τ. λ.*

Sic ſatis ſuperque patefecisſe mihi videor ſenſum parentheſeos illius, eoque ipſo docuisſe, *Marcum*, fugae cauſam non a *metu* mulierum, ſed a *reverentia* earum *ſummaque laetitia* repetentem, verba *ἐφοβοῦντο γάρ* — non addere, ſibique non contradicere in uno eodemque verſu potuisſe, ideoque verba illa pro glosſemate inepti interpretis esſe habenda.

Reſtat, ut verba ultima explicemus — *καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον* — in quibus *Michaëlis* cum aliis egregie halucinatus est. In libro (*Begräbnis- und Auferſtehungsgeſchichte*) pag. 131. ſe neſcire fatetur, quomodo hic verſus intelligendus ſit, et cum narratione reliquorum Evangelistarum, atque ipſius *Marci*, recte conciliari posſit.

„Wenn die acht folgenden Verſe ächt, und von Marci Hand ſind; ſo weiſs ich aus V. 8—11, keinen andern Sinn heraus zu bringen, als folgenden, den ich mit der Erzählung der Evangelisten gar nicht zu reimen weiſs:

Die übrigen Weiber ſahen blos die Engel, und nicht Jeſum. Die Engel befahlen ihnen, die Nachricht von ſeiner Auferſtehung den Jüngern zu bringen; allein dies thaten ſie aus Furcht nicht. Sie ſagten niemandem ein Wort davon. Sie ſagten niemandem etwas: denn ſie furchten ſich. —

Wem ſagten ſie nichts? — Es war ja niemand bey dem Grabe, dem ſie etwas hätten ſagen können. — Sagten ſie aber in der Stadt den Jüngern Jeſu nichts von dem, was ſie geſehen hatten? — Aber wie kann das aus Furcht, aus Schrecken vor der gehabten Erſcheinung geſchehen ſeyn? — Vermuthlich hatte Marcus vor, etwas hiervon zu erzählen; allein nun ſollte er auch nicht ſagen: Sie ſagten niemandem etwas. Marcus iſt nicht nur mit andern Evangeliſten, ſondern auch mit ſich ſelbſt im Zwieſpalt, weil die Urſache — denn ſie furchten ſich — (offenbar, nach dem Zuſammenhange, ſie waren über den Anblick desſen erſchrocken, was ſie geſehen hatten —) ſich nicht dazu ſchickt, daſs ſie die Nachricht von der Auferſtehung Jeſu niemandem geſagt haben."

„Alles wäre leicht, wenn das einzige Wort οὐδενὶ weg wäre. Hätte Marcus geſchrieben: Καὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ —; ſo wäre der Sinn: und ſie ſagten kein Wort, denn ſie

furchten sich, d. i. aus Schrecken gaben sie dem Engel keine Antwort, sondern liefen, ohne ein Wort zu sagen, so geschwind davon, als sie konnten. — Ich muss gestehen, dass keine bisher verglichene Handschrift, keine alte Uibersetzung das οὐδενὶ ausschliesst, das sich so gar nicht in seine Stelle schickt. Ist es unächt; so muss der Fehler wohl schon in dem Exemplare Marci begangen seyn, das der Sammler der Bücher des N. T. hatte, und in seine Sammlung eintrug." —

Non est, quod intempestivam hanc minimeque necessariam lectionis emendandae curam multis verbis repudiemus. Fingamus, verbum illud *Michaëli* molestissimum spurium esse ac delendum; tamen ista difficultas, quam sibimet ipse paravit, ne sic quidem removeretur. Si verba *Ἀυταὶ δὲ τῷ ἀγγέλῳ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ* — non v. 8., sed v. 7. ultima essent verba; tum profecto sensus esse posset hic: Mulieres vero, quae adhuc in sepulcro, atque in angeli, quem alloqui potuissent, conspectu erant, audito angeli sermone, ne verbum quidem metus causa protulerunt, neque laetitiam suam de accepto nuncio, neque parendi et mandatum exsequendi alacritatem vel verbo significarunt, sed tacentes exierunt, atque a sepulcro aufugerunt. — Cum vero illa verba ultima sint v. 8., et mulieres e conspectu aufugissent, et absentes angelum alloqui non possent; verba illa — *καὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ* — aliquis eodem, quo *Michaëlis*, modo calumniari, atque ex iis concludere posset, mulieres ne Apostolis quidem quicquam dixisse, et mandatum angeli prorsus neglexisse. — Num *Marcus* eo nomine reprehendendus est, quod, mulieres angelo paruisse, et, quae Apostolis nuncianda essent, vere nunciasse, nominatim non refert? Num etiam *Matthaeus*, qui et ipse nominatim non refert, sed tantum *abiisse* narrat, eo quidem consilio, ut mandatum servarent, nunciumque ad Apostolorum aures perferrent? Nonne quilibet lector sapiens facillime potest subaudire? Num vero scriptor, qui aliqua de re tacet, idcirco rem factam esse negat, et scriptori eam narranti contradicit? —

Si *Michaëlis* verum parentheseos illius sensum perspexisset, neque de *metu ac pavore*, de *tremore ac terrore*, sed de *reverentia* mulierum adversus angelum, earumque *exsultatione ac laetitia maxima* cogitasset, ac proinde etiam glossema illud — *ἐφοβοῦντο γάρ* — agnovisset; ineptias istas et nugas, tanto viro prorsus indignas, nobis non reliquisset, sed nullo magnopere negotio facillimum sensum reperisset hunc:

Tanta fuit mulierum *reverentia* adversus angelum, cujus blandus sermo omnem animis exemerat *metum*, ut, celeriter abire, Apostolisque nuncium exoptatissimum afferre jussae, quantum fieri posset, gressus accelerarent, mandatumque angeli quam citissime perficerent; tanta vero etiam fuit sua ipsarum de nuncio et mandato accepto *laetitia*, ut, quam primum fieri posset, Apostolos laetitiae suae participes redderent, atque hoc ipso animo sine ulla mora in urbem contenderent, omnesque confabulationes cum obvenientibus in via vel extra, vel intra urbem, qui forte verba nonnulla cum iis miscere et quaerere cuperent, quid esset, quod non lente festinarent, sed summopere et maxima virium contentione currerent, caute evitarent.

In illas enim mulieres transferri non potest illud, quod de more multarum muliercularum vulgo dicitur:

„*Quando conveniunt Catharina, Susanna, Sibylla,*
Sermonem faciunt et ab hoc, et ab hac, et ab illa."

Hic talis cum sit verborum sensus; quis est, qui recte dicere possit, Evangelistam peccasse, quod non addiderit haec verba: εἰςελθοῦσαι δὲ εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ πάντα τὰ ῥήματα —?

At *Fritzschius* tamen veritatem interpretationis nostrae non agnoscit, et verba ultima ita interpretanda censet: „*et nemini cuiquam quidquam (a sepulcro in urbem reversae* — ergo post reditum in urbem? Ubinam vero legitur εἰςελθοῦσαι εἰς τὴν πόλιν πρὸς τοὺς Ἀποςόλους —?) *dixerunt, quippe metu consternatae, und sagten aus Furcht ganz und gar niemandem etwas. Ergo ne Apostolis quidem res in sepulcro visas auditasque aperuerunt, quibus ut dicerent, jusserat angelus.* Dissidet *Marcus* a *Luca.* — Eorum interpretatio: *nemini dixerunt in via, dum properarent ad Apostolos* — hoc consilio excogitata est, *ne dissentirent, quos dissentire apertum est.*" — Hoc nego ac pernego. Aliud est, de re aliqua in facto posita κατὰ τὸ ῥητὸν tacere, eamque tantummodo κατὰ τὴν διάνοιαν attingere; aliud vero, rem aliquam in facto positam esse, negare.

Sed ne honorem Evangelistae utcunque defendisse, verbisque ultimis illis nonnihil addidisse videamur, quod vere iis non insit, duos alios locos in subsidium vocamus, Luc. X, 4. et 2 Reg. IV, 29. — *Μηδένα κατὰ τὴν ὉΔΟΝ ἀσπάσησθε* — *Ζῶσαι τὴν ὀσφύν σου, καὶ λάβε τὴν βακτηρίαν μου ἐν τῇ χειρί σου — ἐὰν εὕρῃς ἄνδρα* (scil. ἐν τῇ ὉΔΩι), *οὐκ εὐλογήσεις αὐτὸν, καὶ ἐὰν εὐλογήσῃ σε ἀνὴρ, οὐκ ἀποκριθήσῃ αὐτῷ* — Num, quaeso, illa verba Jesu ita torquere et premere licet, ut statuamus, Jesum illo in loco *omnem* salutationem prohibuisse, eam quoque, quae sine ulla mora fieri possit, sic, ut ne ad punctum quidem temporis subsistas, solennem adeo salutandi formulam, quae duobus constet verbis? Nonne manifestum est, Jesum tantum cavere voluisse, ne longioribus, iisque vanis et inutilibus confabulationibus tempus tereretur, ne itineris consilium parum servaretur? — Alterum locum *Fritzschius* ipse pag. 213. laudavit, recteque interpretatus est, hunc in modum: „*Ita Elisa* 2 Reg. IV, 29., *cum Gehasum ita proficisci juberet, ut ne quem in via salute impertiret, non nisi hanc sententiam adumbravit: esse Gehaso vel maxime properandum.*" —

Quam verissimam sententiam si *Fritzschius* in verbis illis ultimis — καὶ οὐδενὶ οὐδὲν (scil. ἐν τῇ ὉΔΩι) εἶπον — recordatus esset; non secum ipse pugnaret, nec *Marcum* genuinum injuriâ afficeret.

Verba illa esse ultima versus octavi, id quidem constat; sed quaeritur, num sint etiam *ultima totius Evangelii Marci.* Sunt enim, qui hanc opinionem foveant, atque a *Marco* ipso

claufulam v. 9—20. additam esse negent. Quae quidem opinio fi vera habetur; fumendum est, *Marcum* ipfum commentariolo fuo claufulam addere vel *noluisse*, vel *non potuisse*.

Marcum ipfum libellum fuum claufula carere voluisse, ac vel paucos verfus, quibus Evangelium apte finiret, apponere noluisse, non facile est ad credendam. Multo credibilius fit, eum, repentina morte rebus humanis ereptum, opusculum fuum ad finem perducere non potuisse. — Audivi aliquem facetiarum amantem, cum lepidam narraret fabellam de origine vocabuli, quo capillamenta nuncupari vulgo folent, ac diceret, fuisse quendam linguae graecae Profesforem, qui ad occultandam ac tuendam capitis fui calvitiem raritatemque capillorum *capillamentum* conficiendum fibi curaret, idque graeco nomine περικεφάλαιον nominare vellet. Quod cum capiti, fpeculo adftans, coram amicis impofuisfet, et tanquam commodum capitis tegumentum eximiumque ornamentum fatis diu contemplatus admiratusque esfet; laetitiâ elatum gestiente, praefentibus dixisfe, dignisfimum esfe capillamentum, quod graeco nomine a fe infigniatur, et exclamasfe: *O infigne capitis tegumentum et ornamentum! Infigne esto nomen tuum* περικε — tres autem fyllabas φάλαιον — apoplexiâ ictum, humum delapfum, fubitaque morte oppresfum, pronunciare non potuisfe, viri autem hujus amicos memoriae caufa ab eo inde tempore *capillamentum* quodlibet *Perike* nominare coepisfe, alios fecutos esfe eorum exemplum, fenfimque ufu communi hoc nomen receptum, ita quidem, ut tandem pro *Perike* pronunciaretur *Perüke*. — Num igitur fimilis mors effecit, ut *Marcus* Evangelii fui finem facere non posfet? — *Griesbachius* in Commentar. crit. in Text. N. T. II. pag. 205. *„Si genuina esfent postrema Marci commata, nec authenticam Evangelii claufulam intercidisfe ftatueremus, mirari fatis non posfemus, quid fit, quod Marcus, qui XIV, 20. mentionem fecerat promisfi, difcipulos in Galilaea vifuros esfe Dominum, prorfus fileat de itinere in Galilaeam, quanquam, testibus Matthaeo et Johanne, Christus omnino illuc profectus, ibique, uti promisfum fuerat, converfatus fuerit cum difcipulis. Storrius quidem putavit, Marci de itinere hoc filentium mirabile iis tantum videri posfe, qui ex mea hypothefi fumant, Marcum ob oculos pofitum habuisfe Matthaei Evangelium, et ex hoc pleraque haufisfe. Sed fi vel maxime negare velis, Matthaei librum a Marco fuisfe infpectum; tamen hoc negare non poteris, Marcum non potuisfe non meminisfe eorum, quae modo commate 7. fcripfisfet. Ergo necesfario vel de promisfione tacere, vel, quomodo impleta ea fit, post v. 14. exponere debebat. Cum vero neutrum obfervarit; tantae negligentiae et levitatis reus apparet auctor, ut nec aliis Johannis aut Lucae locis, neque brevitatis ftudio excufari queat. Marcus autem excufatione non eget: is enim haud dubie in deperdita claufula genuina itineris istius mentionem injecerat. Hodiernae vero claufulae auctorem excufare nostra nihil interest.*

Quid igitur? Quis est claufulae auctor? Ad hanc quaestionem, Deo volente, proxima fcribendi occafione refpondebimus.

EPILOGUS.

TEKNIA, ΑΓΑΠΑΤΕ ΑΛΛΗΛΟΥC! Cfr. *Progr. Interpretatio nova novi praecepti, a Christo dati, Joh. XIII, 34. 35.* Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα κ. τ. λ. *P. II. pag.* 40.

Marc. XVI, 9—20.

Restat haec Evangelii clausula, de cujus origine et olim fuit et nunc est maxima sentiendi diversitas. Alii enim, hique non pauci, ejus *γνησιότητα agnoscunt*, et *Marco*, Evangelii auctori, eam vindicant. — *Alii* sequuntur *Cajetani* Cardinalis exemplum, et cum eo de genuina clausulae origine *dubitant*: *„Quicquid autem sit*, (ita ille), *de veritate controversae clausulae, suspicionum tamen istarum effectus est, quod haec scripta non sunt solidae auctoritatis ad firmandam fidem, sicut sunt reliqua Marci indubitata.“* — *Alii* spuriam clausulae originem, *νοθείαν*, cum *Boltenio* et *Loefflero probabilem* habent. — *Alii* denique cum *Griesbachio* clausulae *νοθείαν* non tantum probabilem dicunt, sed etiam *certam* esse statuunt, atque extra omnem dubitationem et controversiam collocatam. Horum in numero praecipue ponendus est *Schulthessius*, Vir Doctissimus, qui authentiam clausulae nostrae non modo in dubitationem adduxit, aut *νοθείας* probabilitatem confirmare et augere studuit, verum etiam, *suo quidem animo*, *γνησιότητα* penitus sustulit, et, reprobatis omnibus clausulae defensionibus, quas *Montefalconius, R. Simon, Beza, J. Clericus, Millius, Grotius, Gerhardus, Glassius, Calovius, Kortholtus, Fabricius, Pfaffius, Wolfius, Bengelius, Storrius, Rosenmuillerus, Matthaeius, Paulus, Kuinoelius, Hugius, Schottius* scripserant, rationibus summe idoneis effecisse et sibi et aliis visus est, ut in posterum, nisi quis *cupide* judicare velit, spuriam clausulae nostrae indolem, originem adulterinam, et *Marcum personatum*, ejus auctorem, non agnoscere nemo possit. Legimus enim haec:

„Ich muss mit VOLLKOMMENER GEWISSHEIT diesen Abschnitt dem Marcus als Verfasser absprechen; er ist OHNE ZWEIFEL das Flickwerk eines nicht apostolischen Mannes, der unsere Evangelisten, und überhaupt die evangelische Geschichte, weder historisch durchdrungen hatte, noch einigermassen den Geist und Geschmack besass, um das scheinbar unvollendete Buch zu ergänzen.“ — Vid. commentatio sic inscripta: *Die Frage über die Aechtheit der Stelle Marc. XVI*, 9—20. *durch vollständige Darlegung und scharfe Prüfung aller innern und äussern Zeugnisse und Beweise dafür endlich erörtert und AUSGEMACHT von Johann Schulthess, Professor der Theologie zu Zürch — in den Analecten für das Studium der exegetischen und systematischen Theologie von Keil und Tzschirner, dritten Bandes drittes Stück. Leipzig*, 1817. Cfr. *Neue theol. Annalen von D. Wachler und D. Schulz. Decemb.* 1823. *pag.* 1099. *„Dass Marc. XVI*, 9—20. *ein Anhängsel sey, ist von Griesbach mit Gründen der äussern Kritik, und von Schulthess mit Gründen der innnern erwiesen GENUG. — Folglich ist in keinem unserer Evangelien eine Kunde von der Himmelsahrt.“* —

Ergo haec quaestio nunc ad liquidum est perducta? Lis tandem diremta? Controversia omnis composita? Negotium confectum? Ergo sine cupiditatis et audaciae crimine nemini conceditur contra disputandi potestas? Vel hiscere non licet? — Itane?

Cui de veritate alicujus sententiae firmissime persuasum est, is hanc ipsam sententiam pro *unice* vera, omnesque aliter sentientes pro *errantibus* habet. Id rei natura fert, sicque de aliter sentientibus sentiat, necesse est. Quomodo enim sibi constare possit, si suam sententiam, et sententiam aliorum contrariam, simul veram habere velit? Si quis igitur suam sententiam *unice* veram esse summa cum fiducia profitetur; equidem hanc professionem, per se solam, non modo non vituperandam censeo, sed etiam propter summum veri studium, a quo profecta sit, summopere laudandam judico. Tum demum in vitio sit, si profitens aut veniam judicandi, quam ipsi lubenter damus, nobis vicissim dare nolit, aut discrimen, quod *certitudinem*, quam dicimus, *moralem* inter et *mathematicam* interesse constat, omnino oblitus videatur. In exegesi et crisi non *haec*, sed *illa* locum habet. Qui summa cum fiducia profitetur, *bis bina* non esse *quinque*, sed *quatuor*, huic profecto necesse non est, mente et cogitatione addere haec verba: *Hanc sententiam unice veram habeo, nec prius eam missam faciam, quam erroris fuero convictus et veriora edoctus.* — Qui vero, leges hermeneuticas et criticas *omnino* secutus, cum de sententiae suae veritate quovis pignore contendere et velit, et possit, et *certitudo moralis* in animo ejus eandem vim, quam *mathematica*, habeat, suam exegesin et crisin *unice* veram esse summa cum fiducia profitetur, hic vel adscribere, vel cogitando certe professioni suae adjungere debet haec: *Perstabo in hac sententia mea, donec, ab aliis recte edoctus, me errasse didicero.* —

Quod *Schulthessius* in authentiam clausulae nostrae pro suo veri amore ingeniique acumine quam diligentissime inquirendi consilium cepit, id censori cuidam debemus, qui de *Vindiciis Schottianis* suum tulit judicium. Quod quale fuerit, quamque in ipsius animo habuerit vim, in commentationis suae exordio ipse enarravit his verbis:

„*Vor* 3 *Jahren hat Herr D.* S c h o t t *in einem Programme* V i n d i c i a s *Marc. XVI*, 9—20. *gegeben. Allein der Recensent in den N. theol. Annalen urtheilt:* „„*Es erhellet wohl auch aus diesem zwar scharfsinnigen Programme, dass sich die Sache heutzutage nicht ganz ins Reine bringen lasse.*““ — *Dieses Wort fiel mir aufs Herz. So wären, musste ich bey mir denken, in den heiligen Schriften, auch des N. T., nicht etwan nur einzelne Wörter oder Sätze, sondern ganze Abschnitte, aus denen man Beweisstellen für Hauptartikel des christlichen Glaubens nimmt und giebt, wo keine Uiberzeugung ihrer Aechtheit möglich wäre? — Da muss entweder die heilige Schrift, oder die Kritik eine sehr unzuverlässige Sache seyn —* j e n e, *wenn sie nicht, bey Mangel der äusern, so viel innere Merkmale und Wahrzeichen ihrer selbst hat, woraus man,* i n g r ö s s e r n S t ü c k e n w e n i g s t e n s, *ihre Aechtheit ersehen kann —* d i e s e, *wenn sie nicht vermöchte, solche Merkmale zu beleuchten. Wir Protestanten ständen so auf schlechten Füssen, die wir unsern Glauben ganz und einzig auf die heiligen Schriften bauen, wenn wir bekennen müssten: Wir sind und bleiben ungewiss, ob ein solcher Abschnitt ächt oder unächt ist. — Wir möchten leicht in Gefahr seyn, dass mehrere andre,* d e r e n A e c h t h e i t z u f ä l l i g n i e m a n d i n Z w e i f e l z i e h t, *keinen bessern Grund hätten, und so unserm Glauben überhaupt die Festigkeit fehlte,*

die nichts anderes in ſo hohem Grade erfordert. — Solche Gedanken bewogen mich, die Sache ſelbſt aufs genaueſte zu unterſuchen, aber nicht allein die äuſere Kritik, ſondern vor allem die innere anzuwenden. — Denn meines Bedünkens vermag innere Kritik weit mehr, als die äuſere, dergleichen Knoten zu entwirren, und nur die Verbindung beyder führt zu ſichern und vollen Beweiſen." —

Schulthesſius igitur non est ex numero istorum, qui pro ignavia ſua in tenebris titubare, dubii haerere, atque inter verum et falſum, inter certum et incertum fluctuare, aut ſummum in probabilitate aliqua, qualicunque demum, et opinione temere arrepta acquieſcere malunt, ſed nobiscum ab eorum ſtat partibus, qui omni virium facultatumque contentione ad veritatis fastigium perſuaſionisque firmitatem enituntur, et, quod verum certumque est, meditatione ſua atque industria conſequi ſtudent. Hunc talem virum, hoc tali animi candore praeditum, hoc tali veri ſtudio flagrantem, etiamſi id, quod conſequi voluerit, conſecutus non ſit, quis est, qui non magni faciat, ſuoque amore dignisſimum habeat?

Mihi quidem, quod pace Viri Doctisſimi dixerim, a vero videtur aberraſſe: nam rationes judicandi, quibus uſus est, *haudſcioan* — allevari, dilui, infirmari posſint omnes, ad unam omnes. Quod ne temere a me dictum videatur, omnes illae rationes perquiſitius ac diligentius ſunt ventilandae, explorandae, ponderandae. Quo certius vero lectores intelligant, me illarum ſenſum recte cepisſe, nihilque, quod alienum ſit a *Schulthesſii* mente, admiſcuisſe, omnes illas ipſius verbis expresſas proponam, et bona fide deinceps enarrabo.

Commentatio Viri Doctisſimi est *bipartita.* Nam *primo* e ſingulis verbis et locutionibus indicia clauſulae ſpuriae eruere conatur, ac diverſitatem conſtructionis generisque dicendi adulterinam clauſulae originem prodere opinatur; *deinde* ipſum clauſulae argumentum τὴν νοθείαν patefacere judicat. *Prior* igitur pars continet judicandi rationes, quas brevitatis cauſa dicere liceat *verbales*; *posterior* comprehendit *reales.* Quapropter nostra quoque dijudicatio *bipartita* ſit, necesſe est.

PARS I.

A.

De ſingulis verbis et locutionibus.

„Ich nehme alſo den Text zur Hand, und prüfe jedes Wort, jede Redensart, vom Anfange bis zum Ende." —

V. 9.

Ἀναστὰς — „*Dieses Participium Aor. 2., ohne alle nähere Bestimmung, kommt im N. T. oft genug vor; aber allemal heiſst es nur: Als er von ſeinem Sitze aufgeſtanden war, ſich auf die Füſse gemacht, auf den Weg begeben hatte, z. B. Luc. XXIV, 12. ein hebraiſirender Pleonasmus. Sollte nicht* ἀπὸ νεκρῶν *beygeſetzt ſeyn, wie Luc. XXIV, 46.? — Ich ſehe wohl, was man erwiedern wird: das* ἠγέρθη *v. 6. laſse an dem wahren Sinne nicht zweifeln; allein nach meinem Gefühle ist dennoch das Particip* ἀναστὰς *für ſich allein ein zu ſchwacher Ausdruck, und, wie geſagt, ohne irgend ein Beiſpiel in dieſem Sinne.*" —

Contra haec *duplici* modo disputo.

1) *Κατ' ἄνθρωπον.* Sumamus, interpretationem illius Participii vulgarem, quam etiam *Schulthesſius* probat, veram esſe; non video, quidni ἀπὸ νεκρῶν ſuppleri posſit, cum etiam Verbum ἀναστήσω Joh. VI, 39. 40. *ſine illo additamento* legatur. Participium πορευθεὶς 1 Pet. III, 19. nullo alio loco *eodem modo* legitur. Num ideo *Petrus* non ſcripſit? — Locutio elliptica non quidem plena est, et hanc ipſam ob cauſam minus deſinita; num vero obſcura? Sed ſingamus, in illius Participii uſu jure aliquid deſiderari posſe, et reprehenſionem aliquam in ſcriptorem cadere; num, quaeſo, a *Marco* et reliquis evangelistis postulari potest ſcribendi genus, in quo nusquam aliquid deſiderari posſit, in quo omnia ubique exquiſita ſint, artisque legibus omnino conſentanea? —

In te potius, mi *Schulthesſi*, aliqua reprehenſio cadere videtur. Etſi enim eleganter, perſpicue, diſtincte ac definite ſcribere probe didicisti; neſcio tamen, an in verbis illis tuis, quae modo laudavi, boni ſcriptoris officio feceris ſatis. Equidem putaverim, te uſum Participii illius ſic exponere debuisſe, ut diceres: Uſurpatur hoc Participium *primo* de eo, qui non amplius vel *ſedet*, vel *jacet*, ſed *ſurgit*, *deinde* vero etiam per Pleonasmum hebraicum in univerſum de eo, *qui in viam ſeſe dat*, ſive antea *ſedit*, ſive *jacuit*, ſive *ſtetit*. Ego quidem, quanquam utrumque Participii uſum non ſatis diſtincte expoſuisti, tuam ſententiam recte perſpexi; ſed, quia praemiſisti verba *allemal NUR*, et locum *Lucae* cum verbis *ein hebraiſirender PLEONASMUS* postpoſuisti, et verba *ſich auf die Füſse gemacht, ſich auf den Weg begeben hatte* cum verbis *Als er von ſeinem Sitze aufgeſtanden war*, uno tenore, ſine ulla diſtinctionis nota, conjunxisti, quia talis est *ſcriptura* tua verborumque connexio, *Fritzſchio* (vid. ejus commentar. pag. 717.) veram ſententiam tuam minus recte intelligendi et interpretandi occaſionem dedisti. „*Male*, inquit, *Schulthesſius*, *ut Marcum v. 9—20. non literis conſignavisſe demonſtraret, hoc argumento uſus est, eum haud dubie dicturum fuisſe* ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, (*Luc. XXIV*, 46.), *quia* ἀναστὰς *ſimplex NUNQUAM NON* (*allemal nur*) *cum DE SEDE ſurrexisſet, declaret.* (*Luc. XXIV*, 12.)" — Opinatur igitur, *Fritzſchius*, *Schulthesſium* ſtatuere, ἀναστὰς ſimplex *ubique* de eo *tantum* uſurpari, *qui de ſede ſua ſurrexerit*, locumque

Luc. XXIV, 12. eo consilio laudatum esse, ut appareat, ἀναστὰς simplex vere de eo usurpari, *qui de sede sua surrexerit.* At haec non fuit *Schulthesii* mens; loco illo ostendere potius voluit, Participium illud per pleonasmum hebraicum usurpari etiam de *eo, qui se in viam dederit*, nulla prioris conditionis ratione habita, sive steterit, sive sederit, sive jacuerit, sive egerit aliquid, sive quieverit. Non credidit, *Petrum*, qui, narratione mulierum audita, ἀναστὰς ad sepulcrum cucurrisse legitur, narrationem illam audivisse *sedentem*, ac *de sede sua surrexisse*, sed recte h. l. agnovit pleonasmum hebraicum, hoc sensu: *Petrus machte sich auf die Füsse, machte sich auf den Weg.* — Hac mente, nisi egregie fallor, *Schulthesius* locum illum laudavit, et haud dubie recte. — Haec igitur κατ' ἄνθρωπον. Sed

2) κατ' ἀλήθειαν non concedo, h. l. verba ἐκ νεκρῶν subaudienda esse. Si angelus, qui v. 6. loquens inducitur, mulieribus dixisset: Ἀνέστη (dixit autem Ἠγέρθη), οὐκ ἔστιν ὧδε —; nostrum Ἀναστὰς v. 9. non quidem necessario, at rectius tamen me admoneret, ut de resurrectione Jesu cogitarem, et cum *Luthero* verterem: *Jesus aber, da er auferstanden war* (scil. *von den Todten*). Cum autem v. 6. Ἠγέρθη, non Ἀνέστη, et v. 14. ἐγηγερμένον, non ἀναστάντα, legatur; de pleonasmo illo hebraico, quo ἀναστὰς de eo usurpari solet, qui se ad negotium aliquod accingit, qui nominatim iter parat, in viam se dat, ire incipit, hoc loco cogitare non solum *possumus*, sed ex lege hermeneutica etiam *debemus.* Sic Luc. I, 39. *ΑΝΑΣΤΑΣΑ δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐπορεύθη εἰς ὀρεινὴν κ. τ. λ.* Sic ipse noster Marc. I, 35. *Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ΑΝΑΣΤΑΣ ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον.* Marc. VII, 24. *Καὶ ἐκεῖθεν ΑΝΑΣΤΑΣ ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος.* Marc. X, 1. *Κἀκεῖθεν ΑΝΑΣΤΑΣ ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας.*

Quae cum ita sint; verba loci nostri summo jure ita interpretamur: *Cum autem* (scil. Jesus ὁ ἐγηγερμένος, a mortuis in vitam revocatus) *mane primo hebdomadis die* (illo ipso, quo resurrexerat) *in viam se dedisset*, (eo quidem consilio, ut se sui amantibus offerret, suâque praesentiâ eos de resurrectionis suae veritate certiores faceret); *conspiciendum se praebuit primum Mariae Magdalenae, e qua septem daemones ejecerat.*

πρωῒ — „*Wer des Evangelisten Wortstellung recht kennt, für den kann hier keine Zweydeutigkeit seyn. Nach seinem durchgängigen Brauche müsste ἀναστὰς nach πρωῒ stehen, um zu sagen: Als er des Morgens auferstanden war — Gleichwohl bleibt etwas anstössig, die Härte des Rhythmus, wenn man hinter ἀναστὰς δὲ eine Pause machen muss, und gewiss auch Marcus hatte dafür Sinn und bessern Tact, als dass er so geschrieben hätte.*“ —

Ergo argumentatio *Schulthesii* haec est: Quia *Marcus* Adverbium πρωῒ Verbo non postponere, sed praeponere solet, nostro autem in loco πρωῒ Verbo postpositum est, sequitur, ut non *Marcus genuinus*, sed *personatus* pro auctore sit habendus. Sed huic argumentationi summo jure haec opponimus:

ἐφάνη — „Ein Wort, das kein Evangelist, noch Apostel von dem Auferstandenen braucht. Es kommt beym Marcus blos einmal vor in ganz andrer Bedeutung Marc. XIV, 64. Τί ὑμῖν φαίνεται; nicht einer Wahrnehmung mit den äusern Sinnen, sondern eines Bedünkens, ja auch eines Scheinens, nicht Seyns, wie Luc. XXIV, 11. Matth. VI, 5. XXIII, 17. — Sonst heist es scheinen von leuchtenden Körpern, der Sonne, dem Blitze, einem Lichte Apostg. I, 6. Matth. II, 7. XXIV, 27. 30. Joh. I, 5. V, 35. — von Traumgesichten Matth. I, 20. II, 13. 19. und im 2ten Buche der Maccabäer von übernatürlichen Erscheinungen. — Es heist aber auch sichtbar werden, ans Tageslicht kommen, von Elias Luc. IX, 8. vom Lolch unter dem Weizen Matth. XIII, 26. von Dingen der sichtbaren Welt Hebr. XI, 3. — ἀφανίζεσθαι Jac. IV, 14. —

Gewiss kein der Sache, von welcher die Rede ist, angemessener Ausdruck, weil er den Gedanken an eine Phantasie, ein Phantasma, erwecken kann, Magdalene habe nur in einem Traumgesichte, in der Einbildung, den Auferstandenen gesehen, und dergleichen. —

Ich kann die Vermuthung nicht abweisen, dieser Ausdruck verrathe ein nachapostolisches Zeitalter, wo man bereits anfieng, von Theophanie zu reden, die Geburt Jesu unter diesem Namen zu feyern."

Quemadmodum Latinorum *videri* non tantum est *scheinen*, sed etiam *gesehen werden*, vere oculis cerni, conspici, et orationis contextus ambiguitatem illius Verbi tollit: ita Graecorum φαίνεσθαι utrumque, et *scheinen*, et *gesehen werden*, significat, et, uter significatus aliquo loco admittendus sit, verborum contextus declarat. Locum adscribamus ex Corn. Nep. *Miltiade* 1, 7. 3. notissimum, eumque discipulo tertii ordinis germanice vertendum tradamus: „*Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur; procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus* EST VISA, *utrisque venit in opinionem, signum a classiariis regiis datum.*" —

Num ille puer in hoc tali verborum nexu, ubi Verbum *conspiciebatur* praecedit, nisi plane plumbeus est aut obesae naris, de flammae *specie*, de oculorum errore sensuque falso cogitabit? Num illi in opinionem venire potest, oppidanos et oppugnatores non *vere flammam conspexisse*, sed *eam conspicere, sensu oculorum deceptos, sibi tantum visos esse?* — Nonne vero in nostro loco orationis series ambiguitatem Verbi ἐφάνη similiter tollit? Nonne v. 11. sequitur ἐθεάθη, et v. 12. et 14. ἐφανερώθη? —

Cognatum Verbum est ἐμφανίζεσθαι. Jesus Joh. XIV, 21. promittit, se redivivum suis in conspectum esse venturum his verbis: ἐμφανίσω ἐμαυτόν, i. e. φανήσομαι, φανερώσω ἐμαυτόν (Joh. XXI, 1. 2.), ἐμφανὴς γενήσομαι (Act. X, 40.). Num his verbis promisit Apostolis, se tanquam spectrum iis esse appariturum, aut in somnis?

Fritzschius, qui causam *Schulthesii* strenue quidem, at non cupide defendit, jam etiam a meis stat partibus.

Nam pag. 719. haec annotata leguntur: „*Schulthessius ex hoc Verbo versus* 9—20. *a Marco non profectos esse apparere ait. Nam neque aptum esse ambiguum Verbum ἐφάνη, quippe quod per somnium Mariam Jesum vidisse inferre possit* (Matth. I, 20. II, 13. 19. — ibi nimirum κατ' ὄναρ additum), *neque id ceteros Evangelistas de Jesu post reditum in vitam ab amicis viso posuisse. At enim vero et aptum est, cum simpliciter declaret conspiciendum se praebere, et Lucas IX, 8. de Elia in simili causa collocavit, unde Marcus sumere potuisset. Non igitur cum Schulthessio ex hoc Verbo argumentabor.*" —

Haec rectissime contra disputata sunt, exceptis verbis ultimis: *unde Marcus sumere potuisset.* Nam, quaeso, *Marcus* adeo fuit rudis, adeo imperitus graecae linguae, ut cum puero comparandus sit, qui suo Marte, sua ipsius sponte, graece scribere non possit, sed singula verba e Lexico conquirere, aut ab aliquo auctore petere cogatur? Non igitur sine *Luca* ἐφάνη scribere potuisset? —

πρῶτον — μετὰ ταῦτα.— ὕϛερον — „*Diese Hererzählung* (*nicht eine aus der Natur entstehende Stufenfolge, wie Marc. IV,* 28. — πρῶτον — εἶτα — εἶτα —) *ist nicht im Style des Marcus.* Μετὰ ταῦτα *kommt niemals vor beym Marcus und Matthaeus;* ὕϛερον, *das siebenmal im Matthaeus steht, sucht man vergeblich beym Marcus.*" —

Verba, quae semel tantum in aliquo libro leguntur, vulgo, uti constat, vocantur ἅπαξ λεγόμενα. Jam sumamus, aliquem in aliquo libro de ejusmodi verbis disputantem usum loquendi vulgarem constanter esse secutum, in libro autem *extremo* semel scripsisse ἅπαξ ἀναγινωσκόμενα, vel ἅπαξ γραφόμενα, vel ἅπαξ εἰρημένα, vel ἅπαξ γεγραμμένα; num, quaeso, propter solam hanc variationem sumere liceat, clausulam libri ab interpolatore esse profectam? —

Recte *Fritzschius* etiam hoc argumentum rejicit: „*Item,* inquit, *ab alio Schulthessii argumento abstinebo. Marcum enim plura enumerantem nunquam dixisse* πρῶτον — μετὰ ταῦτα — ὕϛερον — *quippe qui verba* μετὰ ταῦτα *et* ὕϛερον *nunquam usurpaverit. Nam recte Marcus* πρῶτον — μετὰ ταῦτα *dicere potuit, cum praesertim Lucas V,* 27. μετὰ ταῦτα, *et Matthaeus* ὕϛερον *saepius posuerit,* v. c. Matth. XXI, 29., *unde depromere Marco proclive fuerit.*" — (Nonne vero *Marcus* etiam sine *Matthaeo* et *Luca* tres apparitiones Jesu, uno eodemque die deinceps factas, illorum verborum usu dinumerare potuit? Aliunde illa verba depromere necesse fuit? Quemadmodum Marc. IV, 28. ordinem naturae sequens verbis πρῶτον — εἶτα — εἶτα — segetem deinceps sensim crescere, fructusque tandem ad maturitatem pervenire dicit: ita nostro in loco ordinem temporis sequens tres apparitiones Jesu primo hebdomadis die factas ita enarrat, ut *primam* (πρῶτον) *mane, secundam* (μετὰ ταῦτα) *post meridiem, tertiam* (ὕϛερον) vespere factam facile reperire possis.)

„*Et quot, quamque ex parte mira ἅπαξ εἰρημένα in paucis verbis genuini Marci continentur!*" — (Rectissime. Unde, ut hoc uno tantum exemplo utamur, *Marcus I,* 35. habet suum

R e ſ p o n d e o:

Quid inde contra nos? Nil, niſi hoc, esſe illam locutionem in Evangeliis ἅπαξ ἀναγινωσκομένην. Marc. I, 35. ἔννυχον non tantum in Evangeliis, ſed in toto N. T. est ἅπαξ ἀναγινωσκόμενον, et tamen ab adverſariis meis *Marco genuino* non abjudicatur.

πενθοῦσι καὶ κλαίουσι — „Entbehrliche Worte: denn das verſteht ſich von ſelbst, weswegen auch kein anderer Evangelist desſen gedenkt. Vermuthlich kam aus Matth. IX, 15. dem Verfasſer die Sache, und aus Luc. VI, 25. beyde Worte zu Sinne.“ —

R e ſ p o n d e o:

1) Concedamus, additamentum illud non plane necesſarium esſe; num vero ideo prorſus inutile habendum est ac ſuperfluum? Nonne licuerit Evangelistae paucis illis verbis ſignificare, conditionem diſcipulorum illo tempore vere talem fuisſe, qualem Jeſus ipſe praedixerit, ejusque praedictioni conſtitisſe eventum? Joh. XVI, 20.

2) Alia etiam additamenta, quae non habentur inutilia et ſuperflua, in reliquis Evangeliis non reperiuntur, v. c. *Marc. I*, 13. καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων — XIII, 3. καὶ Ἀνδρέας.

3) Matth. IX, 15. *Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος ΠΕΝΘΕΙΝ; — καὶ τότε ΝΗΣΤΕΥΣΟΥΣΙΝ.* Marc. II, 19. 20. *Μὴ — — ΝΗΣΤΕΥΕΙΝ; — τότε ΝΗΣΤΕΥΣΟΥΣΙΝ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.* — Luc. VI, 25. *Οὐαὶ ὑμῖν, οἱ γελῶντες νῦν· ὅτι ΠΕΝΘΗΣΕΤΕ καὶ ΚΛΑΥΣΕΤΕ.* — Haec duo igitur Verba notisſima jungere non potuisſet *Marcus genuinus*, niſi locum *Lucae* legisſet, et cum loco *Matthaei* contulisſet?

Fritzſchius in hoc additamento a *Schulthesſio* non est: mecum ſentit.

„Quod Schulthesſius pag 121. vocabula πενθοῦσι καὶ κλαίουσι (lugentibus et flentibus) ſupervacanea dixit, quoniam Apoſtolos de magistri morte tristitiâ affectos fuisſe ſuâ quisque ſponte conjicere potuerit, unde eam rem ceteri Evangelistae tacuerint (Luc. XXIV, 9. ſeq. Joh. XX, 18.), argutatus est. — Opinio, interpolatorem rem e Matth. IX, 15., vocabula e Luc. VI, 25. petiisſe, mihi quidem valde improbabilis videtur.“

V. 11.

ἐθεάθη — „Ein Wort, das zweymal in dieſem Stücke, ſonst nirgends beym Marcus vorkommt, und nirgends als beym Matthaeus der Aor. I. pasſ. Sonst Praeteritum pasſ. mit thätiger Bedeutung, und Aor. I. med. — Auch bey den Klasſikern ist dieſes Verbum, als Deponens, üblich: ſeiner Bedeutung nach ſpectare, ſchauen, daher theatrum Matth. XI, 7. *und obſervare, wahrnehmen, wie* Luc. V, 27. Joh. VI, 5. VIII, 10. — *Dieſer Nebenbedeutungen wegen minder ſchicklich, als ὁρᾶν beym Johannes, und ὀπτεσθαι beym Lucas. — Der Herr ist von M. geſehen, nicht geſchauet, wahrgenommen worden.“ —*

R e ſ p o n d e o:

Verbum *ſpectandi* non ſemper differt a Verbo *videndi.* Sed quid plura? Otium mihi h. l. it Doctiſſimus *Fritzſchius*, cauſae *Schulthesſianae* patronus, qui virum Doctiſſimum etiam in c Verbo argutatum eſſe vidit, eumque recte refutavit his verbis: „*Confudit V. D. Verbi ginem et uſum, qui ſane eo ſenſim ſenſimque valuit, ut ſimpliciter videre ſignificaret, ne- e id ſolum in N. T.* (Joh. I, 11. Rom. XV, 21.), *ſed etiam in graecis ſcriptoribus.*" cet.

ἀπιςεῖν — „*In dieſem Stücke zweymal, ſonst nirgends in den Evangelien, als beym Lucas IIV,* 11. 41." —.

Quid mihi reſpondendum ſit, e ſuperioribus facillime intelligere quisque potest.

Etiam in hoc Verbo otium fecit mihi idem ille cauſae *Schulthesſianae* patronus: „*Aeque irma est Schulthesſii h. l. disputatio ex* ἀπιςεῖν *argumentantis, quod in his verſibus bis* (*v.* 16.) *occurrat, nusquam lectum in Evangeliis, praeterquam* Luc. XXIV, 11. 41. *Quippe lla hoc Verbo utendi Marco antea fuerat occaſio. Unde etiam Lucas tum demum illud po- t, cum, non credidisſe, Jeſum in vitam reſtitutum eſſe, Apoſtolos, referendum eſſet.*" — ctiſſime.

V. 12.

Μετὰ δὲ ταῦτα — *Fritzſchius:* „*Postea autem — Postquam Mariae Magdalenae obtulerat v.* 9. *Non igitur diem, quo res acta fuerit, interpolator definivit.*"

R e ſ p o n d e o:

Imò *Marcus v.* 9. *diem* definivit. *Horam* quidem diei non definivit; ſed tamen *diem* ipſum 9., et *tempus hujus diei in univerſum*, h. e. *non matutinum.* Verba πρώτῃ σαββάτων non ſo- n v. 10. et 11. mente et cogitatione repetenda ſunt, ſed etiam v. 12. Quod autem *Marcus* pergit *Μετὰ δὲ ταῦτα*, *Postea autem*, haec verba opponere voluit τῷ πρωῒ v. 9. *tempori ma- ino*, ſicque indicavit, Jeſum diſcipulis Emmauniticis *alio* primi illius diei tempore, *non ma- ino*, ſe obtuliſſe. Factum id eſſe tempore primi illius diei *pomeridiano*, ex *Luca XXIV*, 29. :imus.

δυοῖν ἐξ αὐτῶν — „*duobus eorum* h. e. *Apoſtolorum* cfr. v. 10. *Duos illos viros ex un- im Apoſtolorum numero fuisſe, tum Lucas XXIV*, 13., *tum perſonatus Marcus, v.* 13. *haud 'cure ſignificavit.*" —

R e ſ p o n d e o:

1) *Marcum* diſcipulos illos pro duobus Apoſtolis habuiſſe, ex v. 10. doceri non potest: nam phraſis *cum Jeſu eſſe*, *Jeſum ſectari*, latius patet, et omnis generis diſcipulos Jeſu, non tantum Apoſtolos, diſcipulos *interioris* admisſionis, diſcipulos Jeſu ſignificatu *ang stiore*

fceretur, et verba ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ *contradictionem* continerent in *adjecto* — Discerni debet forma *alia*, aliquantum mutata, a forma plane *nova*, a pristina omnino diverfa.

4) Ex his, quae modo disputavimus, fatis, fpero, elucet, non folum verbis ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ nihil falfi inesfe, fed ea etiam a fcribendi genere *Marci* nostri non abhorrere, ideoque ipfi, auctori, attribui hactenus posfe. Sed nihilo tamen minus ea genuina esfe, ab ipfo *Marco* fcripta, nego. Si enim *Marcus* ipfe hoc additamentum, quod non ad unam illam apparitionem, fed ad omnes apparitiones Jefu, v. 9. 12. 14. narratas, pertinet, adfcribere voluisfet; verba ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ non v. 12. post ἐφανερώθη legeremus, fed v. 9. post ἐφάνη, fic, ut haec ipfa verba v. 12. post ἐφανερώθη, et v. 14. post idem Verbum fubaudire et cogitando repetere posfemus. Mihi quidem haec verba glosfema redolent, ab aliquo lectore uberiorem narrationem *Lucae*, de difcipulis Emmauniticis, et *Johannis* de *Maria Magdalena*, recordante explicandi caufa ad marginem, medium fortasfe inter v. 9. et 12., adfcriptum, fic, ut ad utramque apparitionem referri posfet. Tum facile fieri potuit, ut librarius imperitus minusque attentus in duos errores incideret, h. e. ut non folum illa verba pro genuinis, ab ipfo *Marco* fcriptis, haberet, ideoque in verborum ordinem recipienda duceret, fed etiam alieno loco apponeret.

Fritzfchius: „*Interpolator Lucam male intellexit. Nam cum is caufam, cur duo difcipuli Emmauntem proficifcentes Jefum non nofcitasfent, in eorum, qui non nofcitasfent,* ***VITIO*** *oculorum pofuisfet,* (in vitio? quia oculi eorum πονηροὶ esfent? Non in oculorum vitio, fed in impedimentis fenfui oculorum objectis, in facie Jefu aliquantum mutata, in vestitu infolito, in fumma animi tristitia ac folicitudine, in meditatione, rerumque externarum neglectu—); *perfonatus Marcus Lucae narrationem fic interpretatus est: factum illud esfe,* quod Jefus fe istis difcipulis *ALIA, quam SUA corporis fpecie f. forma obtulisfet. — Sed argutatur Schulthesfius,* φανεροῦσθαι ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ *vel per fe abfurdum esfe obfervans.*" — Nunc igitur mecum, nunc cum *Schulthesfio* confentit. —

περιπατοῦσιν — πορευομένοις — „*Meines Bedünkens ein dem Marcus fremder, ungefchickter Pleonasmus.*"

Refpondeo:

1) Fingamus, esfe pleonasmum; num, quaefo, *Marcus genuinus* ab omni pleonasmo purus est? Videfis Marc. I, 42. II, 20. al.

2) Sed nullus est pleonasmus in illis verbis. Nam difcipulos illos περιπατοῦντας, *ambulantes*, mulieribus a fepulcro *fugientibus, et quam celerrime* in urbem *recurrentibus*, ac, nullâ morâ interpofita, *cum nemine in via confabulantibus* (*v.* 8.) *Marcus* opponit, ut taceam de more proficifcentium, qui non ftatim ab initio itineris gresfum accelerant, fed lente incedunt viribus parcentes.

Quod autem postea eos dicit πορευομένους εἰς ἀγρόν, id eo fit consilio, ut discipuli illi ambulantes ab aliis ambulantibus discernantur, qui non ad certum quendam locum tendunt, sed animi causa pro lubitu huc illucve vagantur. Discipuli enim illi, *Marco* narrante, tendebant rus, εἰς ἀγρόν, *auf's Land*, uti nostri dicunt: cum enim lectorum nihil referret, nomen loci scire, nomen ipsum, quod, si *Lucam* ante oculos habuisset, facile addere potuisset, silentio praetermittendum putavit, atque in *latiore agri notione* acquievit. *Ager* enim urbis non tantum complectitur pagos, qui vulgo dicuntur, sed etiam vicos et oppidula, quorum multa a pagis non multum differunt. Qui Hierosolymâ, urbe primaria, egrediebantur, hi profecto abibant *rus*, sive tendentes in pagum, sive in vicum, sive in campum animi causâ.

Fritzschius: „Male Schulthessius περιπατοῦσιν — πορευομένοις *ineptum pleonasmum continere putavit. Nimirum enarrandum esse temere sibi persuaserat, aut: pedestri itinere proficiscentibus — quum tenderent, aut: ambulantibus — quum tenderent. — Hausit interpolator* περιπατοῦσιν *e Luca XXIV*, 17." — Quid vero est, quod *interpolator* ne verbum quidem κώμην e *Luca* hauserit, et pro εἰς ἀγρόν posuerit εἰς κώμην? —

V. 14.

Ὕστερον — *Fritzschius: „— postea* scil. *quam duobus discipulis se obtulerat, non postremo, ut monere pigeat, tamen propter nonnullos interpretes, v. c. Bezam et Schulthessium, dicendum est. — Personatus Marcus abrupte loqui solet."*

Etsi facile largior, ὕστερον per se non vertendum esse *postremo, tandem, zuletzt* uti *Lutherus* vertit, sed *postea, deinde*, et tres illas apparitiones uno eodemque die factas, quas *Marcus* verbis πρῶτον — μετὰ ταῦτα — ὕστερον distinguit, (quae plane respondent verbis πρῶτον — εἶτα — εἶτα Marc. IV, 28.), *Ciceronis* more latine enumerari posse *primo — deinde — deinde*, tamen, cum tertia apparitio *primi illius diei* vere esset ultima, non video, quidni eodem *Cicerone* auctore, latine enumerari possint sic: *primo — deinde* (vel *postea*) — *deinde postremo* (*tandem*) —

ὠνείδισε — *„Dafür ein allzu hartes Wort. Marcus braucht es nur einmal, XV*, 32., *von den Feinden Jesu, die ihn am Kreuze höhnten.* Ἐπιτιμᾶν *wäre der angemessenere Ausdruck."* —

Respondeo:

Aliud est, *aliquem contumeliâ afficere*, aliud, *alicui aliquid exprobrare, vitio vertere, graviter aliquem vituperare*. Nonne *Marcus* alias quoque verbis usus est, quae duriora videantur? Vid. v. c. I, 43. Καὶ ἘΜΒΡΙΜΗΣΑΜΕΝΟΣ αὐτῷ εὐθέως ἘΞΕΒΑΛΕΝ αὐτόν. —

Fritzschius: „Schulthessius ὀνειδίζειν *acerbius, quam quod Marco recte tribuatur, vocabulum esse observavit, neque dubitari posse, quin Marcus apto Verbo* ἐπιτιμᾶν *uti haud*

paulo maluisse. — Videlicet ὀνειδίζειν *non solum conviciis proscindere significat, sed etiam, quae prima Verbi vis est, vituperare, reprehendendo exprobrare.*" —

V. 15.

τῇ κτίσει — „*Zwar ein Wort des Marcus X, 6. XIII, 19.* — κόσμος *Matth. XXIV, 21.* —; *hier aber in einer Bedeutung, die sich in dem Evangelium nicht findet, man müsste denn annehmen,* κτίσις *heisse auch in den beyden Stellen des Marcus nicht die Schöpfung überhaupt, sondern im engern Sinne das Menschengeschlecht, als edelsten Theil der sichtbaren Schöpfung. Col. I, 23. ist die ganze Redensart, die hier angebracht wird.*" —

Respondeo:

Mira crisis! Cum Jesus discipulos jussisset abire εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα (significatu angustiore); nonne per se intelligitur, verba πάσῃ τῇ κτίσει verbis τὸν κόσμον ἅπαντα et verbis πάντα τὰ ἔθνη (Matth. XXVIII, 19.) respondere, et significatu angustiore, de hominibus, terrae incolis, capienda esse? Qua tandem ratione *Vir Doctissimus* haerere potest in illo verbo? Nonne hoc est nodum quaerere in scirpo?

Sensit hoc *Fritzschius*, opinionis *Schulthessianae* strenuus defensor: „*Hoc*, inquit, *argumentum omni vi destitutum est. — De hominibus agi ipsa res docet, quemadmodum id 1 Pet. II, 13. ex adjecto Adjectivo* ἀνθρωπίνῃ *intelligitur. Stolide igitur Franciscus, quem Pontificii consecrandum putarunt, avibus, piscibus, et asinis doctrinam divinam exposuit.*" — Recte haec contra *Schulthessium* disputavit; sed tamen revertitur ad suum interpolatorem. — „*Ceterum interpolatori hic ob oculos fuisse videntur loci Matth. XXVIII, 18—20. Joh. XX, 21 seqq.; non autem, imitatum esse locum Col. I, 23., (cum Schulthessio) credo.*" —

V. 16.

Fritzschius: „*Verborum* καὶ βαπτισθεὶς *fons interpolatori fuit Jesu praeceptum Matth XXVIII, 19.*" —

V. 17.

Σημεῖα — „*Keines der drey ersten Evangelien benennt mit diesem Worte die Wunderthaten Jesu und seiner Jünger, ausgenommen, dass Jesus die ein Zeichen vom Himmel fordernden Pharisäer ein Zeichen, wie des Jonas, erwarten heisst.* — Marc. XIII, 4. *ist es eine Voranzeige, aus der sich der nahe Erfolg einer Thatsache mit Gewissheit abnehmen läst.* — Matth. XXIV, 30. *heisst es Gestirn. Jesus setzt die Metapher fort: Wann die am heutigen Himmel herrschenden Gestirne, Sonne, Mond, und Sterne, ihren Glanz und Einfluss verloren haben werden, d. i. die Verfassungen des Juden- und Heidenthums mit ihren Gewalthabern, dann wird das Christenthum, als Gestirn einer neuen Welt, als Zeichen des neuen*

Bundes Gen. IX, 12. 13. *am Himmel stehen, und seinen, für die Freunde desselben segensreichen, für die Feinde kläglichen und zerstörenden Einfluss üben* (! ! ! Videsis Eclogas nostras VI. VII. pag. 105—153.) *Eben so* 2 Pet. III, 12. 13. Matth. XIII, 43. — *Diese poetische Darstellung ist hergenommen aus* Jes. LXV, 17. LXVI, 22. *Derselbe Prophet schildert den Untergang des Babylonischen Königs und Reichs unter dem Bilde eines vom Himmel fallenden Morgensterns,* XIV, 2. *Vergl.* Jer. XV, 9. VIII, 9. Mich. III, 6. Dan. XII, 3. Weish. III, 7. —

Zeichen, dergleichen die Juden von Jesu begehrten, that, oder verhiess jeder falsche Messias und falsche Prophet, Marc. XIII, 22. ! ! ! — *Dieses ist der Sprachgebrauch der drey ersten Evangelien; Johannes hingegen spricht oftmals von den Zeichen, welche Jesus that* (profecto, et quidem Joh. XV, 24. Jesus ipse profitetur, se miracula fecisse, quae NULLUS ALIUS fecerit —), *und Lucas in der Apostelgeschichte, von den Zeichen, welche die Apostel thaten.*" —

Audiamus *Fritzschium* de illo verbo recte judicantem: „*Praeter rem Schulthesfius, ut hunc locum non a Marco profectum esse probaret, hoc argumento usus est. Nam eodem jure, quo Marcus falsorum prophetarum ΣΗΜΕΙΑ* XIII, 22. *commemoraverat, etiam Apostolorum* (h. l. non Apostolorum, sed primorum christianorum, discipulorum apostolicorum) *miracula ΣΗΜΕΙΑ vocare potuisset.*" —

τοῖς πιστεύσασι — „*Wäre nicht πεπιστευκόσι richtiger? Ὁ πεπιστευκώς ist derjenige, den die Predigt der Apostel zur Uiberzeugung brachte, dass Jesus der Sohn Gottes, der Heiland der Welt sey, bey dem aber diese Ueberzeugung nicht etwa blos Vergangenheit, eine geschehene Sache ist, sondern fortdauernd. — Wer einmal zum Glauben gekommen ist, und noch glaubt. Daher es manchmal so viel als Praesens ist. — Man sehe diesen Sprachgebrauch* Joh. VI, 69. *vergl. v.* 66. *Viele der Jünger Jesu* (τῶν πιστευσάντων) *waren abgetreten; die Zwölfe aber, die blieben, heissen darum πεπιστευκότες. — Wo nur der geschehene Beytritt berücksichtiget wird, da steht der Aorist, wie Eph. I,* 3. *Denn schon zur Zeit des Beytritts geschah die Besiegelung — und eben so Apstg. XI,* 21. — 2 *Thess. II,* 12. *und Jud. v.* 5. *sind οἱ μὴ πιστεύσαντες solche, die niemals zum Glauben an Jesum sich bewegen lassen. Das Participium Praeteriti liest man beym Johannes, Lucas, Paulus 8mal, so wie auch der Indicativ mehrmals vorkommt. Sonst allenthalben im N. T. das Participium Praesens, für welches, wie gesagt, das Praeteritum stehen kann, z. B.* Joh. VI, 35. VII, 38. 39. XI, 25. 26. XIV, 12. — *Man setze dafür den Aorist, und man wird das Unschickliche fühlen, so parallel auch die letzte Stelle besonders unserm Texte ist.*" —

R e s p o n d e o:

1) Joh. VI, 69. *Petrus* quidem dicit: *Ἡμεῖς ΠΕΠΙΣΤΕΥΚΑΜΕΝ κ. τ. λ.;* sed v. 66. non legitur: πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν ΠΙΣΤΕΥΣΑΝΤΩΝ εἰς τὰ ὀπίσω.

2) Joh. VIII, 31. interpretationi *Schulthesfii* adverfatur. Nam h. l. ii Judaei dicuntur πεπιςευκότες, qui v. 30. dicuntur πιςεύσαντες — ΕΠΙΣΤΕΥΣΑΝ εἰς αὐτόν — et v. 31. iidem illi de *conſtantia admonentur:* Ἐὰν ὑμεῖς ΜΕΙΝΗΤΕ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ. Ergo fecundum discrimen illud a *Schulthesſio* conftitutum vere non erant ΠΕΠΙΣΤΕΥΚΟΤΕC, fed ΠΙΣΤΕΥΣΑΝΤΕC.

„Indesſen kann ich τοῖς πιςεύσασιν ſo reimen: Die nachgenannten Charismen ſollen Antheil derjenigen werden, die das Bekenntnis ihres Glaubens an mich abgelegt haben werden.“

Sic igitur tandem ipfe illud argumentum fuum tollit, nullumque esfe fatetur.

Fritzſchius recte quidem laudat *Schulthesſium*, quod opinionem fuam de illo Participio ipfe pag. 125. abjecerit; fed non recte laudat, quod Participium illud *generaliter* ceperit: *„quicunque fidem habuerit* — aliosque, qui non *generaliter* ceperint, quos *male* interpretatos esfe dicit, injuriâ reprehendit. Nam verborum connexio nullo pacto illam interpretationem admittit; necesfario postulat hanc: *Quicunque evangelium a VOBIS praedicatum auribusque perceptum animo ſuo excipient, et fide amplectentur, hos miracula* (charismata extraordinaria et miraculofa) *comitabuntur.* De primis igitur christianis hominibus Jefus loquitur, de difcipulis apoftolicis, qui διὰ τοῦ ΛΟΓΟΥ τῶν Ἀποςόλων, διὰ τοῦ ΚΗΚΥΓΜΑΤΟC τοῦ εὐαγγελίου, ἐπίςευσαν εἰς τὸν Χριςόν (Joh. XVII, 20.) — non de christianae religionis profesforibus omnium feculorum, nostrae quoque aetatis.

παρακολουθεῖν — *„findet man nur einmal beym Lucas I, 3.; ἐπακολουθεῖν, das unten v. 20. vorkommt, nirgends in den Evangelien.“*

Fritzſchius: „Ab alio, quam Marco, hunc locum conſcriptum esſe, minime conſequitur: nam Marcus quoque multa peculiaria verba ſibi aſcivit.“

V. 18.

βλάπτειν — *„ist nirgends im N. T., als beym Lucas, IV, 35.“* —

Fritzſchius: „Rurſus miror virum tantopere laborantem in rebus levisſimis, et, ut puto, fortuitis.“ —

V. 19.

μὲν οὖν — *„nirgends in einem Evangelium, als beym Lucas.“* —

ὁ κύριος — *„Die 2 erſten Evangelien bedienen ſich in der Erzählung dieſes Ausdrucks nirgends für* ὁ Ἰησοῦς; *hingegen Lucas mehrmals, und Johannes 2mal, IV,* 1. *(wo aber die Variante* ὁ Ἰησοῦς *viele und groſse Auctoritäten hat) und XI, 2. nicht in der Erzählung ſelbst, ſondern in einer eingeſchalteten Anmerkung.“* —

Fritzſchius: „Adulterinae originis ſuſpicionem multa huic verſui conſtant. Pertinet huc μὲν οὖν, *quo Marcus, cum aliquoties potuisſet, nunquam uſus est, et* ὁ κύριος, *quod vocabulum de Jeſu Matthaeus et Marcus nusquam dixerunt. — Abſurdus etiam est transitus: Der Herr NUN ALSO erhob ſich in den Himmel, quum in iis, quae proxime praecedunt, ipſe Jeſus loquens introducatur. Marcus dixisſet:* Καὶ ὁ Ἰησοῦς μετὰ κ. τ. λ.

R e ſ p o n d e o:

Ad v. 18. miratus est jure ſuo *Schulthesſium* tantopere laborantem in rebus levisſimis et fortuitis; nunc ego jure meo miror *Fritzſchium* cum illo ſimiliter laborantem, ejusque conſtantiam vehementer deſidero. Reſponderi mihi velim ad has quaestiones:

1) Num in iis auctorum claſsicorum locis, ubi aliquid aliter et rectius fortasſe dici *potuisſet*, hac ſola de cauſa lectio pro *ſpuria* habenda est?

2) Num Evangelistae in iis ſcriptoribus ſunt numerandi, qui artis historicae et grammaticae leges ita ubique ſervant, ut nihil amplius requiri posſit?

3) Cur tu, mi *Fritzſchi*, in verſione tua germanica verborum Ὁ μὲν οὖν κύριος κ. τ. λ. τῷ *NUN* τὸ *ALSO* addidisti? Num eo conſilio, ut appareret, transitum esſe *abſurdum*, quaſi *Marcus* philoſophorum more ex enunciationibus praemisſis *concludere* voluisſet? Ergo τὸ *NUN* non ſufficit?

4) Verbis Ὁ μὲν Κύριος h. l. pag. 747. tres illas literas κ. τ. λ., (καὶ τὰ λοιπά), quibus verba alicujus loci ſequentia, brevitatis cauſa, lectoribusque ſupplenda vulgo ſignificari ſolent, appoſuisti; ſed pag. 749. et 753. *ter* leguntur hae literae κ. τ. ἑ. (καὶ τὰ ἑξῆς). In commentario igitur tuo extremo, in quo de *Marci* clauſula exponitur, *ſemel* legimus κ. τ. λ.; *ter* autem κ. τ. ἑ. — Cum ſcire cuperem, num in commentario ſuperiore ſimilis reperiatur variatio; curioſitati meae ſatisſeci, totumque illum a pag. 1. usque ad pag. 715. percurri, ſicque reperi, literas κ. τ. ἑ. *vicies et ſexies* (pag. 4. 6. 37. 84. 86. 90. 100. bis. — 131. bis 140. bis — 145. bis — 192. 236. 239. 271. — bis — 285. 317. 325. 336. 372. 472.); literas autem κ. τ. λ. non niſi *decies* (pag. 287. 460. 472. — bis 487. 544. 562. bis — 563. 648.) legi. Jam fingamus, te in toto illo commentario *ſuperiore* ne *ſemel* quidem ſcripſisſe κ. τ. λ., ſed conſtanter *ubique* κ. τ. ἑ. (quod, cum literas κ. τ. ἑ. multo magis amare videaris, quam vulgares illas κ. τ. λ., cur fieri non potuisſet, non video); in commentario autem *extremo* vulgares illas non *ter*, non *bis*, ſed *ſemel* tantum appoſuisſe: nonne egregie κατ' ἄνθρωπον disputare posſemus? Nonne, ſi tuum et *Schulthesſianum* ratiocinandi modum ſequi placeret; clauſulam commentarii tui eodem jure, quo clauſulam *Marci Pſeudo-Marco, perſonato Marco*, attribuis, *Pſeudo-Fritzſchio, perſonato Fritzſchio*, attribuere liceret?

5) Denique quis est, qui mihi in toto *Marci* Evangelio genuino vel unum locum indicare posſit nomini *Domini* aptiorem, vel certe aeque aptum? Nonne cogitatio de Christi adſcenſu

in coelum ac sessione ad dextram Dei animo *Marci* nomen *Domini* suppeditaret, *necesse* erat? — *Εἶπεν ὁ κύριος τῷ ΚΥΡΙΩι μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου* — (Marc. XII, 36.) *Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ*, (Act. II, 34—36.), *ὅτι ΚΥΡΙΟΝ καὶ ΧΡΙΣΤΟΝ αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.* —

V. 20.

τοῦ Κυρίου — *Fritzschius:* „*Domino*, (i. e. *Deo* cfr. 1 Cor. III, 9. Hebr. II, 4.) *opitulante, et institutionem miraculis, quae institutionem sequerentur, confirmante.*“ — Imò *ὁ Κύριος* h. l. est Christus, idem ille *Dominus*, *ὁ Κύριος*, quem v. 19. in coelum sublatum esse narravit. Cfr. Rom. XV, 17. 18. *Ἔχω καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ — ΚΑΤΕΙΡΓΑΣΑΤΟ ΧΡΙΣΤΟΣ δι' ἐμοῦ,— λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει ΣΗΜΕΙΩΝ καὶ ΤΕΡΑΤΩΝ, ἐν δυνάμει ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ἉΓΙΟΥ* — Non igitur dicere cum *Fritzschio* licet: „*interpolatorem sententiam hujus versus et partim verba* ex Hebr. II, 3. 4. *duxisse.*“ — Hunc versum *Marcus* ipse scribere potuit sua sponte, sine collatione similium locorum. De *Christo* loquitur, quod contextus docet, non de *Deo*, neque vero propterea locis illis duobus 1 Cor. III, 9. Hebr. II, 4., ubi de auxilio *Dei* sermo est, repugnat.

Ἀμήν — *Fritzschius:* „*Laudo Griesbachium, quod Ἀμήν* Matth. XXVIII, 20. Luc. XXIV, 53. Joh. XXI, 25., *ubi absurdum est, et idoneorum librorum consensu evertitur, ejecit. Sed h. l. HAUD DUBIE interpolatori ipsi debetur, recteque fecit Matthaeius, quod recepit.* — *Voluit enim homo, qui versus* 9—20. *CONSCRIBILLAVIT, demonstrare, nunc prorsus et sine controversia finitum esse Marci Evangelium.*“ —

Quod vir doctissimus ab ipso vocabulo illo *Ἀμήν* argumentum pro sua et *Schulthessii* opinione repetiit, subeat profecto mirari.

B.

De constructione verborum et dicendi genere.

V. 9.

ἐκβάλλειν ἈΠΟ — „Marc. VII, 26. 29. *von derselben Sache ἐκβάλλειν ΕΚ* — *Uiberhaupt setzt Marcus zu keinem mit ΕΚ zusammengesetzten Zeitworte die Präposition ΑΠΟ, als* VII, 15., *wo aber die starke Auctoritäten habende Variante ΕΚ vorzüglicher ist, zumal da sie durch die Vergleichung mit V.* 20. 21. *unterstützt wird.* — *Dieses ΑΠΟ und der ganze Satz scheint von* Luc. VIII, 2. *entlehnt, ausgenommen dass der Verfasser ein transitives Wort für das intransitive setzt. In* 8 (7) *Stellen, wo Lucas von dieser Sache ἐξέρχεσθαι braucht,* Luc. IV, 35 (*zweymal*) 41. VIII, 2. 33. 38. 46. XI, 24. *hat er allemal ΑΠΟ; nur in der ersten,* Luc. IV, 35. *ist die Variante ΕΚ, welcher aber ΑΠΟ, nach der äusern Kritik, das Gleichgewicht hält.* — *Marcus hingegen hat allenthalben ΕΚ,* I, 25. 26. V, 30. VII, 29. IX, 25.“ —

Fritzschius: „*Verba haec — ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει — a* *Marci* *usu abhorrere, qui post Verba e praeverbio EK composita non ΑΠΟ, sed EK ponat,* *Schulthessius* *monuit; Lucam enim dicere ἐξέρχεσθαι ΑΠΟ. — Recte, opinor: quanquam Marc. I, 25. 26. boni libri ΑΠΟ tuentur.*" — Quia igitur Verbum ἐκβάλλειν nostro in loco non cum *EK*, sed cum *ΑΠΟ* constructum legitur; concludere debemus, clausulam nostram non a *Marco* ipso, sed a *Marco personato* esse scriptam. Nonne haec est utriusque viri doctissimi judicandi concludendique ratio?

Respondeo:

1) Sumamus, *Marcum* ubique, sine ulla exceptione, etiam Marc. I, 26., vere scripsisse *EK*, non *ΑΠΟ*; quidni fieri potuerit, ut in clausula, etiam sine *Luca*, vel semel scriberet *ΑΠΟ*, cum utrumque, *ΑΠΟ* non minus, quam *EK*, usui loquendi esset consentaneum?

Si quis in libro suo latine scripto constanter usurpasset phrasin *quaerere aliquid EX aliquo*, in libro autem extremo semel *quaerere aliquid AB aliquo*, aut adeo, *Ciceronem* vel recte, vel temere imitatus, phrasin posuisset *quaerere aliquid DE* (i. q. ex, ab) *aliquo* — (legimus enim Cic. d. N. D. I. C. 22. hunc locum: „*Roges me, quid aut quale sit Deus; auctore utar Simonide. DE* (?) *quo cum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero; deliberandi causa sibi unum diem postulavit. Cum idem EX eo postridie quaereret; biduum petivit. cet.*") — si quis igitur ita scripsisset; num clausula propter solam inconstantiam illam, propter solum illud AB vel DE, pro spuria esset habenda?

2) Sed *ne verum quidem* est, in *Marco genuino* constanter, sine ulla exceptione, legi *EK*, nusquam *ΑΠΟ*. Nam

a) Marc. I, 26. utrumque legitur, in aliis libris *EK*, in aliis *ΑΠΟ*. *Hoc* autem *genuinum* esse, a *Marco* ipso scriptum, non illud, quod *Schulthessius* cum *Fritzschio* genuinum habet, facile doceri potest. *Secundum legem criticam lectio rarior et difficilior, ceteris quidem paribus, usitatiori ac faciliori est praeferenda et genuina habenda.* Jam videamus, utra lectio illo in loco *rarior* ac *facilior* sit habenda. Locus ille cum v. 25. ita cohaeret: — ἔξελθε ΕΞ αὐτοῦ — καὶ — τὸ πνεῦμα ἀκάθαρτον — ἐξῆλθεν ᾿ΑΠ' (ἐξ) αὐτοῦ. — Lectionem ἐξ usitatam *Marco* esse, ipsi fatentur dissentientes illi; esse vero etiam faciliorem, cum eadem praepositio in ipso Verbo insit, non negabunt, spero. Num igitur credibilius est, librarium v. 26. τὸ genuinum *EK*, *usitatum* illud et *intellectu facillimum*, quod τῷ *EK* v. 25. praecedenti accurate responderet, temere, sine ulla ratione, pro solo arbitrio suo, in τὸ *ΑΠΟ*, *Marco non usitatum minusque facile*, quanquam v. 25. τὸ *ΕΞ* ante oculos haberet, immutasse? Nonne contrario locus concedi debet? Nonne multo facilius est ad credendum, librarium v. 26. τὸ *genuinum ΑΠΟ*, hanc ipsam ob causam, quod alias τὸ *EK*, idque *facilius*, a *Marco* usurpari sciret, in τὸ *ΕΞ* deformasse, praesertim cum *ΕΞ* v. 25. ante oculos positum cerneret?

b) Conferamus Marc. VII, 15. — τὰ ἐκπορευόμενα *ΑΠ'* αὐτοῦ — contra v. 20. — *ΕΚ* τοῦ ἀνθρώπου — Luc. IV, 35. — ἔξελθε *ΕΞ* αὐτοῦ — ἐξῆλθεν *ΑΠ'* αὐτοῦ — Matth. XXVII, 53. — ἐξελθόντες *ΕΚ* τῶν μνημείων — XXVIII, 8. — ἐξελθοῦσαι *ΑΠΟ* τοῦ μνημείου. — Promiſcue.

V. 12. et 14.

„Die Conſtruction iſt nach meinem Gefühle verwobener, abgerundeter, dem Periodiſchen näher, überhaupt weniger kunstlos, als Marcus ſchreibt. Wo bringt er mehrere Participien, auch der obliquen Fälle, an, wie V. 12. *und* 14.*? Ich weiſs nicht, was für ein lateingriechiſcher Ton aus dieſer Stelle in die Ohren klingt.“* —

Fritzſchius: *„Dicendi genus* (pag. 751.) v. 9—20. *a Marci oratione plane discrepat. Est enim conciſum, abruptum, et aliquot verbis et ſtructuris a Marci more ſejunctum. Schulthesſio contra rotundius videtur, ab arte remotius, nihilominus ad orationem verborum ambitu (periodo) temperatam propius accedens (haec inter ſe pugnant), et quia verborum et ſtructurarum ſonum ſimul latinum, ſimul graecum referat, hominem linguae hellenisticae non ſatis peritum prodens ſcriptorem.“* —

R e ſ p o n d e o:

1) Vide, ne tuus ſenſus ſit fallax. Ego quidem etiam in clauſula ſimplicitatem conſtructionis et orationis ſentio, quae est in *Marco* genuino.

2) Sumamus, tuum ſenſum non eſſe fallacem, vereque reperiri aliquam diverſitatem. Nonne etiam in aliis libris, quos omnino ab uno eodemque auctore ortos eſſe conſtat, aliqua reperitur generis dicendi diverſitas?

3) Num in *Marco genuino* Verba *ubique* cum Participiis in caſu *recto* conſtruuntur, nusquam in caſu *obliquo?* At vide v. c. Marc. VIII, 24. βλέπω περιπατοῦντας — Quid vero est, quod *Marcus plura* Participia in caſu *obliquo* cum Verbis conſtruere non potuerit?

ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός — *Meines Bedünkens hätte Marcus geſchrieben:* περὶ τῆς ἀπιστίας — *vergl.* Joh. VIII, 46 *Griechiſch würde man ſagen:* ὀνειδίζειν τινὶ τὴν ἀπιστίαν“ —

Fritzſchius: „Proba est dictio ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός; *inuſitata Graecis locutio* ὀνειδίζειν τινὰ περί τινος.“ — Veritatem hujus ſententiae exemplis comprobavit.

V. 18.

τὶ — *„ſtatt eines Subſtantivs mit einem Adjectivo findet man nicht in den zwey erſten Evangelien.“*

Fritzſchius: Rurſus miror virum tantopere laborantem in rebus levisſimis, et, ut puto, fortuitis. Hoc est ἐπὶ φακῇ μύρον.“ —

ἐπ' ἀῤῥώςους χεῖρας ἐπιθήσουσι — *„Nach dem Gebrauche des Marcus sollte es heissen ἀῤῥώςοις. S. V, 23. VI, 5. VII, 32. VIII, 23. — Ein andres ist VIII, 25. nicht: den Augen die Hände auflegen, sondern: auf die Augen der Blinden die Hände auflegen. So genau ist Marcus. So bleibt er sich selbst gleich, wie mancher Ausleger nicht meynt.“*

Fritzschius: „Schulthessio judice, Marci usus postulaverit ἀῤῥώςοις pro ἐπ' ἀῤῥώςους. At enim quidni vel Marcus ἐπὶ ἀῤῥώςους dicere potuerit, praesertim cum in permultis locutionibus, ubi Attici Dativum simplicem ponunt, in N. T. ἐπὶ cum Accusativo legatur? Et scripsit Marcus VIII, 25. ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, qui locus paulo quidem diversus, sed similis tamen est.“ —

„Zudem ist nirgends in diesem Abschnitte eine von den mehrern Eigenheiten, die den Styl des Marcus von den übrigen Schriftstellern des N. T. merklich unterscheiden.“ —

Utinam indicasset has proprietates nominatim, ut respondere possim!

Haec igitur hactenus.

Bona fide enarravimus omnes judicandi rationes, quas *Schulthessius* a verbis singulis eorumque constructione ac dicendi genere repetendas putavit. Ipse sensit, observationum suarum, plurium certe, levitatem, et, non omnes grave habere pondus, ingenue fassus est; sed tamen addidit, omnes illas observationes, si modo non singulatim spectentur et separatim considerentur, multum habere ponderis, coacervatas et in unum quasi locum congestas, simul et junctim cogitatas, ad *γνησιότητα* pericopae nostrae solicitandam et labefactandam valere permultum.

„Ich bekenne gern, dass mehrere dieser Beobachtungen einzeln kein schweres Gewicht haben; aber zusammen genommen, im Verhältnisse zu der Kleinheit des Textes, machen sie, meines Erachtens, die Aechtheit desselben sehr verdächtig, da es grösstentheils Wörter und Redensarten betrifft, die, wenn sie einem Schriftsteller bekannt sind, oft und viel bey ihm vorkommen müssen, wie μετὰ ταῦτα, ὕςερον, ἀπὸ, ἐκεῖνος, θεᾶσθαι, πορεύεσθαι, ἕτερος, zumal da unser Marcus (auf) nichts weniger, als auf Mannigfaltigkeit, Jagd macht, wie Lucas (?) thut.“ —

Respexisse videtur *Schulthessius* atque in usum suum transtulisse locum *Ciceronis* Orat. Partit. C. XI., qui ita habet:

„Verisimilia autem partim singula movent suo pondere, partim, etiamsi videntur esse exigua per se, multum tamen, cum sunt coacervata, proficiunt, atque in his verisimilibus insunt nonnunquam etiam certae rerum et propriae notae.“

Recte hoc *Cicero* affirmat de verisimilibus, partim iis, quae *singula movent suo pondere*, partim iis, quae *exigua* per se *videntur* esse; non autem de iis, in quibus singulis nihil prorsus insit ponderis, ne minimum quidem, quibus hanc ipsam ob causam verisimilium nomen plane

b) Conferamus Marc. VII, 15. — τὰ ἐκπορευόμενα *ΑΠ'* αὐτοῦ — contra v. 20. — *ΕΚ* τοῦ ἀνθρώπου — Luc. IV, 35. — ἔξελθε *ΕΞ* αὐτοῦ — ἐξῆλθεν *ΑΠ'* αὐτοῦ — Matth. XXVII, 53. — ἐξελθόντες *ΕΚ* τῶν μνημείων — XXVIII, 8. — ἐξελθοῦσαι *ΑΠΟ* τοῦ μνημείου. — Promiscue.

V. 12. et 14.

„Die Construction ist nach meinem Gefühle verwobener, abgerundeter, dem Periodischen näher, überhaupt weniger kunstlos, als Marcus schreibt. Wo bringt er mehrere Participien, auch der obliquen Fälle, an, wie V. 12. und 14.? Ich weiss nicht, was für ein latein-griechischer Ton aus dieser Stelle in die Ohren klingt." —

Fritzschius: „Dicendi genus (pag. 751.) v. 9—20. *a Marci oratione plane discrepat. Est enim concisum, abruptum, et aliquot verbis et structuris a Marci more sejunctum. Schulthessio contra rotundius videtur, ab arte remotius, nihilominus ad orationem verborum ambitu (periodo) temperatam propius accedens (haec inter se pugnant), et quia verborum et structurarum sonum simul latinum, simul graecum referat, hominem linguae hellenisticae non satis peritum prodens scriptorem."* —

Respondeo:

1) Vide, ne tuus sensus sit fallax. Ego quidem etiam in clausula simplicitatem constructionis et orationis sentio, quae est in *Marco* genuino.

2) Sumamus, tuum sensum non esse fallacem, vereque reperiri aliquam diversitatem. Nonne etiam in aliis libris, quos omnino ab uno eodemque auctore ortos esse constat, aliqua reperitur generis dicendi diversitas?

3) Num in *Marco genuino* Verba *ubique* cum Participiis in casu *recto* construuntur, nusquam in casu *obliquo?* At vide v. c. Marc. VIII, 24. βλέπω περιπατοῦντας — Quid vero est, quod *Marcus plura* Participia in casu *obliquo* cum Verbis construere non potuerit?

ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός — *Meines Bedünkens hätte Marcus geschrieben:* περὶ τῆς ἀπιστίας — *vergl.* Joh. VIII, 46 *Griechisch würde man sagen:* ὀνειδίζειν τινὶ τὴν ἀπιστίαν" —

Fritzschius: „Proba est dictio ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός; *inusitata Graecis locutio* ὀνειδίζειν τινὰ περί τινος." — Veritatem hujus sententiae exemplis comprobavit.

V. 18.

τὶ — *„statt eines Substantivs mit einem Adjectivo findet man nicht in den zwey ersten Evangelien."*

Fritzschius: Rursus miror virum tantopere laborantem in rebus levissimis, et, ut puto, fortuitis. Hoc est ἐπὶ φακῇ μύρον." —

ἐπ' ἀῤῥώςους χεῖρας ἐπιθήσουσι — „Nach dem Gebrauche des Marcus ſollte es heiſsen ἀῤῥώςοις. S. V, 23. VI, 5. VII, 32. VIII, 23. — Ein andres ist VIII, 25. nicht: den Augen die Hände auflegen, ſondern: auf die Augen der Blinden die Hände auflegen. So genau ist Marcus. So bleibt er ſich ſelbst gleich, wie mancher Ausleger nicht meynt.“

Fritzſchius: „Schultheſsio judice, Marci uſus postulaverit ἀῤῥώςοις pro ἐπ' ἀῤῥώςους. At enim quidni vel Marcus ἐπὶ ἀῤῥώςους dicere potuerit, praeſertim cum in permultis locutionibus, ubi Attici Dativum ſimplicem ponunt, in N. T. ἐπὶ cum Accuſativo legatur? Et ſcripſit Marcus VIII, 25. ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, qui locus paulo quidem diverſus, ſed ſimilis tamen est.“ —

„Zudem ist nirgends in dieſem Abſchnitte eine von den mehrern Eigenheiten, die den Styl des Marcus von den übrigen Schriftſtellern des N. T. merklich unterſcheiden.“ —

Utinam indicasſet has proprietates nominatim, ut reſpondere posſim!

Haec igitur hactenus.

Bona fide enarravimus omnes judicandi rationes, quas *Schultheſsius* a verbis ſingulis eorumque conſtructione ac dicendi genere repetendas putavit. Ipſe ſenſit, obſervationum ſuarum, plurium certe, levitatem, et, non omnes grave habere pondus, ingenue fasſus est; ſed tamen addidit, omnes illas obſervationes, ſi modo non ſingulatim ſpectentur et ſeparatim conſiderentur, multum habere ponderis, concervatas et in unum quaſi locum congestas, ſimul et junctim cogitatas, ad *γνησιότητα* pericopae nostrae ſolicitandam et labefactandam valere permultum.

„Ich bekenne gern, daſs mehrere dieſer Beobachtungen einzeln kein ſchweres Gewicht haben; aber zuſammen genommen, im Verhältniſse zu der Kleinheit des Textes, machen ſie, meines Erachtens, die Aechtheit desſelben ſehr verdächtig, da es gröſstentheils Wörter und Redensarten betrifft, die, wenn ſie einem Schriftſteller bekannt ſind, oft und viel bey ihm vorkommen müsſen, wie μετὰ ταῦτα, ὕςερον, ἀπὸ, ἐκεῖνος, θεᾶσθαι, πορεύεσθαι, ἕτερος, zumal da unſer Marcus (auf) nichts weniger, als auf Mannigfaltigkeit, Jagd macht, wie Lucas (?) thut.“ —

Reſpexisſe videtur *Schultheſsius* atque in uſum ſuum transtulisſe locum *Ciceronis* Orat. Partit. C. XI., qui ita habet:

„Veriſimilia autem partim ſingula movent ſuo pondere, partim, etiamſi videntur esſe exigua per ſe, multum tamen, cum ſunt coacervata, proficiunt, atque in his veriſimilibus inſunt nonnunquam etiam certae rerum et propriae notae.“

Recte hoc *Cicero* affirmat de veriſimilibus, partim iis, quae *ſingula movent ſuo pondere*, partim iis, quae *exigua* per ſe *videntur* esſe; non autem de iis, in quibus ſingulis nihil prorſus inſit ponderis, ne minimum quidem, quibus hanc ipſam ob cauſam veriſimilium nomen plane

41

b) Conferamus Marc. VII, 15. — τὰ ἐκπορευόμενα *ΑΠ'* αὐτοῦ — contra v. 20. — *ΕΚ* τοῦ ἀνθρώπου — Luc. IV, 35. — ἔξελθε *ΕΞ* αὐτοῦ — ἐξῆλθεν *ΑΠ'* αὐτοῦ — Matth. XXVII, 53. — ἐξελθόντες *ΕΚ* τῶν μνημείων — XXVIII, 8. — ἐξελθοῦσαι *ΑΠΟ* τοῦ μνημείου. — Promiſcue.

V. 12. et 14.

„Die Conſtruction ist nach meinem Gefühle verwobener, abgerundeter, dem Periodiſchen näher, überhaupt weniger kunstlos, als Marcus ſchreibt. Wo bringt er mehrere Participien, auch der obliquen Fälle, an, wie V. 12. und 14.? Ich weiſs nicht, was für ein latein-griechiſcher Ton aus dieſer Stelle in die Ohren klingt.“ —

Fritzſchius: *„Dicendi genus* (pag. 751.) v. 9—20. *a Marci oratione plane discrepat. Est enim conciſum, abruptum, et aliquot verbis et ſtructuris a Marci more ſejunctum. Schulthesſio contra rotundius videtur, ab arte remotius, nihilominus ad orationem verborum ambitu (periodo) temperatam propius accedens (haec inter ſe pugnant), et quia verborum et ſtructurarum ſonum ſimul latinum, ſimul graecum referat, hominem linguae hellenisticae non ſatis peritum prodens ſcriptorem.“* —

Reſpondeo:

1) Vide, ne tuus ſenſus ſit fallax. Ego quidem etiam in clauſula ſimplicitatem conſtructionis et orationis ſentio, quae est in *Marco* genuino.

2) Sumamus, tuum ſenſum non esſe fallacem, vereque reperiri aliquam diverſitatem. Nonne etiam in aliis libris, quos omnino ab uno eodemque auctore ortos esſe conſtat, aliqua reperitur generis dicendi diverſitas?

3) Num in *Marco genuino* Verba *ubique* cum Participiis in caſu *recto* conſtruuntur, nusquam in caſu *obliquo?* At vide v. c. Marc. VIII, 24. βλέπω περιπατοῦντας — Quid vero est, quod *Marcus plura* Participia in caſu *obliquo* cum Verbis conſtruere non potuerit?

ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός — *Meines Bedünkens hätte Marcus geſchrieben*: περὶ τῆς ἀπιστίας — *vergl.* Joh. VIII, 46 *Griechiſch würde man ſagen*: ὀνειδίζειν τινὶ τὴν ἀπιστίαν“ —

Fritzſchius: „Proba est dictio ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός; *inuſitata Graecis locutio* ὀνειδίζειν τινὰ περί τινος.“ — Veritatem hujus ſententiae exemplis comprobavit.

V. 18.

τὶ — *„ſtatt eines Subſtantivs mit einem Adjectivo findet man nicht in den zwey erſten Evangelien.“*

Fritzſchius: *Rurſus miror virum tantopere laborantem in rebus levisſimis, et, ut puto, fortuitis. Hoc est* ἐπὶ φακῇ μύρον.“ —

ἐπ' ἀῤῥώςους χεῖρας ἐπιθήσουσι — „Nach dem Gebrauche des Marcus sollte es heissen ἀῤῥώςοις. S. V, 23. VI, 5. VII, 32. VIII, 23. — Ein andres ist VIII, 25. nicht: den Augen die Hände auflegen, sondern: auf die Augen der Blinden die Hände auflegen. So genau ist Marcus. So bleibt er sich selbst gleich, wie mancher Ausleger nicht meynt.“

Fritzschius: „Schulthessio judice, Marci usus postulaverit ἀῤῥώςοις pro ἐπ' ἀῤῥώςους. At enim quidni vel Marcus ἐπὶ ἀῤῥώςους dicere potuerit, praesertim cum in permultis locutionibus, ubi Attici Dativum simplicem ponunt, in N. T. ἐπὶ cum Accusativo legatur? Et scripsit Marcus VIII, 25. ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, qui locus paulo quidem diversus, sed similis tamen est.“ —

„Zudem ist nirgends in diesem Abschnitte eine von den mehrern Eigenheiten, die den Styl des Marcus von den übrigen Schriftstellern des N. T. merklich unterscheiden.“ —

Utinam indicasset has proprietates nominatim, ut respondere possim!

Haec igitur hactenus.

Bona fide enarravimus omnes judicandi rationes, quas *Schulthessius* a verbis singulis eorumque constructione ac dicendi genere repetendas putavit. Ipse sensit, observationum suarum, plurium certe, levitatem, et, non omnes grave habere pondus, ingenue fassus est; sed tamen addidit, omnes illas observationes, si modo non singulatim spectentur et separatim considerentur, multum habere ponderis, coacervatas et in unum quasi locum congestas, simul et junctim cogitatas, ad *γνησιότητα* pericopae nostrae solicitandam et labefactandam valere permultum.

„Ich bekenne gern, dass mehrere dieser Beobachtungen einzeln kein schweres Gewicht haben; aber zusammen genommen, im Verhältnisse zu der Kleinheit des Textes, machen sie, meines Erachtens, die Aechtheit desselben sehr verdächtig, da es grösstentheils Wörter und Redensarten betrifft, die, wenn sie einem Schriftsteller bekannt sind, oft und viel bey ihm vorkommen müssen, wie μετὰ ταῦτα, ὕςερον, ἀπὸ, ἐκεῖνος, θεᾶσθαι, πορεύεσθαι, ἕτερος, zumal da unser Marcus (auf) nichts weniger, als auf Mannigfaltigkeit, Jagd macht, wie Lucas (?) thut.“ —

Respexisse videtur *Schulthessius* atque in usum suum transtulisse locum *Ciceronis* Orat. Partit. C. XI., qui ita habet:

„Verisimilia autem partim singula movent suo pondere, partim, etiamsi videntur esse exigua per se, multum tamen, cum sunt coacervata, proficiunt, atque in his verisimilibus insunt nonnunquam etiam certae rerum et propriae notae.“

Recte hoc *Cicero* affirmat de verisimilibus, partim iis, quae *singula movent suo pondere*, partim iis, quae *exigua* per se *videntur* esse; non autem de iis, in quibus singulis nihil prorsus insit ponderis, ne minimum quidem, quibus hanc ipsam ob causam verisimilium nomen plane

ſent, (quod etiam aliis, et fortaſſe mihi et ipſi nonnunquam accidit); haec non moleste ferenda, neque ad vivum reſecanda ſunt, ſed humaniſſimus quisque lector non in malam, ſed bonam aequiſſime interpretabitur partem.

Quae cum ita ſint; futuro anno, SI DEO PLACET, *authentiam* clauſulae nostrae, ſalvâ reverentiâ diſſentientibus debitâ, denuo propugnare, et ad *posteriorem* disputationis partem bono cum Deo accedere apud animum propoſuimus: non quo ita defatigati ſimus, ut nihil plane virium *in praeſenti* reſtet, ſed quia partim legentium ſatietati mederi volumus, partim per aliquod tempus otiari, novasque vires, quantum quidem per aetatem licet, colligere cupimus. Induciis quaſi finitis, fortiſſime conſtantiſſimeque nobis pugnandum erit, ut, ſi castellum nostrum, quamvis munitum, adverſarii forte expugnaturi ſint, non turpiter, ſed honeste, cum virtutis laude, cadamus devicti.

E P I L O G U S.

ΤΕΚΝΙΑ, ΑΓΑΠΑΤΕ ΑΛΛΗΛΟΥΣ! Cfr. *Progr. Interpretatio nova novi praecepti, a Christo dati, Joh. XIII*, 34. 35. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα κ. τ. λ. *P. II. pag.* 40.